

AB

50B $\frac{8}{2,47}$



00

tu

00
Pom



PHYSIOLOGIE DER NERVEN
SYSTEMS

PROBIRUNG

V. FRANCISUS RECHMANN

LEIPZIG 1861

VERLAG VON FRIEDRICH VON VEIT



DE
PYTHAGOREORVM RELIQVIIS
QVAESTIONVM

PROOEMIVM

CHRISTIANO AUGUSTO BRANDIS
UNIVERSITATIS HANNOVERENSIS HONORABILIS PROFESSORIS P. D.
ACADEMIAM SCIENTIARVM HANNOVERENSIS

FRIDERICO ADOLPHO TRENDELENBURG

SCRIPSIT

UNIVERSITATIS HANNOVERENSIS HONORABILIS PROFESSORIS P. D.
ACADEMIAM SCIENTIARVM HANNOVERENSIS

DR. FRANCISCVS BECKMANN

QVAESTIVS



ERATO ANNO DOMINI

BEROLINI MDCCCL

PROSTAT IN LIBRARIA BESSERIANA APVD W. HERTZ.



DE

BYTHAGOREORAM REPTOANS

QVASTIONAM

BROORHAM



L 291

BEHOLD NE MDOGG

POSTAT IN LIBRARIÀ BESSERIANA ALPH W. BERTX



ILLVSTRISSIMIS VIRIS

CHRISTIANO AVGVSTO BRANDIS

VNIVERSITATIS BORVSSICAE RHENANAE PROFESSORI P. O.
ACADEMIAE SCIENTIARVM BOR. SOCIO EQVITI

FRIDERICO ADOLPHO TRENDELENBVRG

VNIVERSITATIS REGIAE BEROLINENSIS PROFESSORI P. O.
ACADEMIAE SCIENTIARVM BOR. SOCIO SECRETARIO EQVITI

GRATO ANIMO DEDICAVIT

F. B.

ILLVSTRISSIMIS VIRIS

CHRISTIANO AUGUSTO BRANDIS

UNIVERSITATIS HOLEYNSICAE REKANEAE PROFESSORI P. O.
ACADEMIAE SCIENTIARUM HON. SOCIO EQVITI

FREDERICO ADOLPHO TRENDELENBURG

UNIVERSITATIS REGIAE BEROLINENSIS PROFESSORI P. O.
ACADEMIAE SCIENTIARUM HON. SOCIO SECRETARIO EQVITI

GRATO ANIMO DEDICAVIT

F. B.

Handwritten signature



Prooemium hoc quaestionum Pythagoricarum quum disputationis publicae gratia ante hos sex annos, MDCCCXLIV, typis descriptum cum civibus academicis communicarem, uberiorem de Pythagoreorum fragmentis commentationem aut certe alteram eius, quam inscripsimus *de Judaicae et Gnosticae et Moderateae doctrinae vestigiis quae in Pythagoreorum fragmentis reperiri dicuntur*, particulam addituri eramus. Sed quamquam non defuerunt, qui opusculo faverent, ut doctus prooemii censor, Bergk. *annal. antiq. stud.* 1845. p. 792., tamen per Socios nostros prohibiti sumus, quominus propositum perageremus; nec iam plus quam reliqua haec opusculi opusculum pollicentis exemplaria in lucem emittere nobis licet. In his vero, quaeso,

- p. 1. not. 3. lin. 11. adde: „Ahrens de dialecto Dorica. Gotting. 1843. p. 23.“
- p. 2. ad. not. 6. adde: „De bibliotheca regum Numidicorum cf. Plin. nat. hist. 18, 5. Sallust. Iug. 17. Athen. III. p. 83. b. Ammian. Marcell. 22, 15. I. G. Hulleman de vita et scriptis Iubae Maurusii. Traj. ad. Rh. 1845.“
- p. 3. not. 10. ad. lin. 9. adde: „not. 58. et epimetr. I. p. 32.“
- p. 7. not. 26. ad. lin. 3. adde: „Polus ib. 9, 54. Dios ib. 65. 16.“
- p. 9. ad. lin. 10. adde: „Pindarus (cf. Clem. Al. Str. V. p. 598. Euseb. P. E. XII. p. 675.).“

- p. 9. ad. not. 34. adde: „IV. p. 638.“
- p. 10. lin. 5. lege *Rhintho* pro *Rhinto*.
- p. 12. not. 52. ad. lin. 14. post v. *Basil.* adde: „cf. not. 91. et 116.“
- p. 13. lin. 5. post verbum *combureret* adde: „Prorus Cyrenaicus (cf. Epimetr. I. p. 31. N. 21.), Cliniae amicus (Iambl. V. P. 239. Diod. Sic. Exc. p. 554.), qui Ol. CV, 4. h. e. paucis annis ante Platonis obitum palmam de stadio meruit (Pausan. X. 2, 2).“
- p. 13. ad. not. 60. adde: „cf. not. 131.“
- p. 25. lin. 14. lege *examinandam*.
- p. 30. adde Pythagoreorum fragmentis: „I. a. *Androcydis* fr. ap. Clem. Al. Strom. VII. p. 718. al. Brandis I. c. p. 498.“
- p. 31. lin. 1. post III. 13. adde: „Origen. Philos. 15. Brandis I. c. p. 509.“
- p. 31. post lin. 23. adde: „17. b. *Lamisci* (cf. not. 117.) fr. ap. Palaephat. de Incred. prooem. 4.“
- p. 31. post lin. 25. adde: „19. b. *Nearchi Tarentini* sent. ap. Plut. Cat. maj. 2. cf. not. 33.“
- Praeterea Epimetro quod pertinet ad not. 1. subieci-
mus alterum ad not. 58. de Horatii in Archytam Pythago-
reum carmine I. 28. referendum, quo quae nostra sit de
hoc carmine sententia, breviter exposuimus. Neque dubi-
tavimus etiam sententias singulares, quas exemplaribus ante
emissis disputationis gratia addideramus, quod maximam par-
tem e Pythagoreorum fragmentis ductae sunt, opportunitate
data repetere; tres tamen cum aptioribus commutavimus.

Scribendam Berolini ineunte vere MDCCCL.

F. B.

Hoëchlin V. III. parocianus est, exequis omnia fore uni
eandem scriptor et quidem Iudaeo Alexandrino Philonis
Iudaei doctus iudicari studuit, et, ut asselet,
satis ingeniosum rem tractavit, tamen nec plerum fragmento
cum collectionem habuit nec tale de collectis iudicium in-
lit. ut Academice Horae desideris, quae paucis annis
ante quæstionem illam publico certamine proponeret satis
faceret. Ac sane commentatio eius plures movere dubita-
tiones et difficultates, quam plures videtur. In universum
enim plura sunt fragmenta et tempora ac dictione magis inter
se diversis, quam ut sine ulla dubitatione, supra omnino

De librorum et fragmentorum, quae Pythagoreis inscripta
reperiuntur ¹⁾, fide et auctoritate quamquam vetus est con-
troversia ²⁾ et a Bentleii inde temporibus saepe revocata ³⁾,
tamen, si quis putat plane eam compositam esse, procul er-
rat. Certe Gruppius, qui novissime fidem eorum iam
dudum labefactam funditus evertere et Philolaicis, quibus

1) Collecta sunt post Galeum ab Orellio in Opusculis Graecorum
vett. sentent. et mor. T. II. p. 210 — 360.; sed desiderantur non pauca,
quae infra in epimetro indicavimus.

2) Themist. ap. Boeth. in Aristot. Categ. p. 114. ed. Basil. 1570;
Porphyr. in Ptolem. Harm. p. 236. Id. Vit. Pyth. 53. Cf. Jambl. Vit.
Pyth. §. 2. David. in Aristot. Categ. p. 28. A. 9. ed. Acad. Bor.

3) Tetigerunt potissimum vel copiosius tractarunt quæstionem il-
lam praeter Bentleium (Opusc. philol. p. 366. ed. Lips.) Meinersium
(Gesch. d. Urspr., Fortg. u. Verf. d. Wissensch. in Griechenl. u. Rom.
T. I. p. 569 sqq.), Tiedemannus (Griechenlands erste Philosophen p. 189
sqq.), Heerenius (Comment. de Font. Eclog. Joann. Stob. §. 17 sqq.),
Tennemannus, Ritterus, Brandisius in Historiis philosophiae, quas scrip-
serunt, Boeckhius (Philolaus des Pythagoreers Lehren, Berol. 1819),
Hartenstenius (De Archytae Tarent. Fragm. philos., Lips. 1833), Tren-
delenburgius (De Aristot. Categ. p. 22.), Petersenius (Zeitschr. f. Al-
terthumswissensch. ed. Zimmermann. Darmstad. 1836. p. 873 sqq.), Eg-
gers (De Archytae Tarent. Vita, Opp. et Philosophia, Paris. 1833),
A. C. van Heusde (Diatr. in locum philos. mor. de Consolat. ap. Grae-
cos, p. 19.). Sed Philolaicis exceptis post Meinersium pleraque fra-
gmenta a plerisque aut subditiça habita aut certe veteri scholae Pytha-
goricae abiudicata sunt, Archyteis tamen plerisque Petersenius et Eg-
gersius, nonnullis etiam Ritterus et Hartenstenius patrocinati sunt, Hip-
parchi fragmento A. C. van Heusde, ceteris autem inter recentiores cri-
ticos nemo fere praeter Tiedemannum et Heerenium.

Boeckhius V. Ill. patrocinated est, exceptis omnia fere uni eidemque scriptori et quidem Iudaeo Alexandrino Philonis Iudaei doctrina initiato vindicare studuit ⁴⁾, etsi, ut assolet, satis ingeniose rem tractavit, tamen nec plenam fragmentorum collectionem instituit nec tale de collectis iudicium tulit, ut Academiae Borussicae desiderii, quae paucis annis ante quaestionem illam publico certamini proposuerat, satisfaceret. Ac sane commentatio eius plures movere dubitationes et difficultates, quam tollere videtur. In universum enim plura sunt fragmenta et rebus ac dictione magis inter se diversa, quam ut sine ulla dubitatione, sprete omnium testimoniorum auctoritate, uni eidemque scriptori tribui possint ⁵⁾; et Philonis Iudaei aetati quominus sine discrimine assignentur, non solum hoc obstat, quod a Iuba, Numidiae rege, iam collecta videntur ⁶⁾, sed etiam quod partim, si non Chamaeleonti Peripatetico ⁷⁾, at certe ipsi Philoni iam nota fuerunt, qui cum ab aliis Pythagoreis tum ab Ocello Luciano in commentatione de rerum natura mundum aeternum dici refert ⁸⁾; et fortasse etiam Valerio Maximo, qui Archy-

4) Ueber die Fragmente des Archytas und der älteren Pythagoreer. Eine Preisschrift von Dr. O. F. Gruppe. Berlin 1840.

5) Ex quadraginta fere commentationibus de rebus diversissimis, philosophicis, musicis, mathematicis, adhuc fragmenta exstant, quorum in dictione varietates et per se facile sentiuntur nec veteres grammaticos effugisse videntur. Cf. Not. I. 25.

6) David. in Aristot. Categ. p. 28. ed. Acad. Bor.: Ἰσοβάτους γὰρ τοῦ Διβύων βασιλέως συνάγοντος τὰ Πυθαγόρου καὶ Πτολεμαίου τὰ Ἀριστοτέλους, τινὲς καπηλείας χάριν τὰ τυχόνια συγγράμματα λαμβάνοντες ἐκέδρουν καὶ ἴσηρον διὰ παραθέσεως νέων πυθῶν, ἵνα σοφίην δῆθεν τῆν ἐκ τοῦ χρόνου ἀξιοπιστίαν.

7) Chamaeleo enim ap. Athen. XIII. p. 600. F., quem locum Gruppius p. 44. male interpretatus est, Archytæ Harmonici de Alcmanē sententiam, haud scio an ex libro transcriptam, refert, neque dubium videtur, quin Harmonicus ille Archytas idem sit atque Tarentinus Pythagoreus. V. Not. 96.

8) Phil. de Aetern. Mundi p. 489. ed. Mang.: ἔτιοι δὲ οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὐρετήν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινάς· ἐγὼ δὲ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι, Δευκαριῶ γένος, ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐπέτυχον, ἐν ᾧ ἀγέννητόν τε καὶ ἀφθαρτόν οὐκ ἀπεφάνητο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύασεν κόσμον εἶναι. Cf. Philol. ap. Stob. Ecl. I. 21, 2. p. 418. Boeckh. Philol. p. 165. Archyt.

tam Tarentinum Metaponti Pythagorae praeceptis immersum solidum opus doctrinae complexum esse dicit⁹⁾; et Vitruvius ac Varroni, qui item de Archytae Tarentini scriptis, nunc perditis, loquuntur¹⁰⁾; et Aristoxeno, qui Archytae vitam narravit¹¹⁾, quam a nonnullis scriptorum recentiorum, qui Archytae libros tribuerunt¹²⁾, lectam fuisse constat¹³⁾; et

ap. Censorin. de die nat. 4. Lamiscus ap. Palaephat. de Incredib. Prooem. §. 4. Ocell. Lucan. de rer. nat. p. 506. ed. Gal. Aristaeon ap. Stob. Ecl. I. p. 428.

9) Valer. Max. IV. 1. ext. 1.: „Tarentinus Archytas dum se Pythagorae praeceptis Metaponti penitus immergit, magno labore longoque tempore solidum opus doctrinae complexus, postquam in patriam revertitur ac rura revisere coepit, animadvertit negligentia villicii corrupta.“

10) Varro de R. R. I. 1. Vitruv. de Architect. VII. praef. p. 155. ed. Rod. cf. I. 1. Alter, ut Columella de R. R. I. 1., Archytae de re rustica libellum, alter mathematicum de machinationibus tribuit; quae scripta quo iure Diogenes Laertius VIII. 82. vel Demetrius Magnes, quem secutus ille videtur (Grupp. p. 82.), ab Archyta Tarentino tam agriculturae (cf. Spithar. ap. Iambl. V. P. 197. ibiq. interpp.), quam mechanicae reliquarumque artium mathematicarum studioso (Aristot. Rep. VIII. 6. Probl. XVI. 9. Callimach. ap. Diog. Laert. VIII. 86. Eratosthen. ap. Eutoc. in Archim. de Sphaer. et Cyl. II. 2. p. 144. ed. Oxon. Plutarch. Vit. Marcell. 14. Quaest. Sympos. VIII. 2. Favorin. ap. Gell. N. A. X. 12, 10. Diog. Laert. VIII. 83. Procl. in Euclid. p. 19.) ad alios scriptores cognomines ceteroquin plane ignotos transtulerit, e solis titulis et alterius libri exordio: *ἴαδε παρὰ Τεύχρον Καρχηδόρου* (an forte leg.: *Λεοζήτου Καρχηδόρου*; cf. Iambl. V. P. 267.) *διήκουσα* (Diog. Laert. VIII. 82.), quamquam, ut Alemaeonis exordium ap. Diog. Laert. VIII. 83., Attica dialecto scriptum exhibetur, non satis certo diiudicari potest. Cf. Not. 23.

11) Athen. XII. p. 545. *Ἀριστόξενος δ' ὁ μουσικός ἐν τῷ Ἀρχύτα βίῳ ἀγέησι κτλ.* Totum Aristoxeni opus, in quo non solum Archytae, sed etiam Pythagorae, Socratis, Platonis, Telestae, aliorum vitae narratae fuerunt, *βίῳ ἀνδρῶν* inscriptum fuisse traditur. Plutarch. Non posse suav. vivi sec. Epicur. p. 1093. Mahn. Diatr. de Aristoxeno p. 22.

12) Praeter Varronem, Vitruvium, Valerium Maximum (cf. Not. 9. 10.) hic pertinent Theo Smyrnaeus, Claudius Ptolemaeus, Nicomachus Gerasenus, Philostratus, Athenaeus, Porphyrius, Iamblichus, Claudianus Ecdidius Mamertus, Boethius, Ioannes Stobaeus, Ioannes Damascenus, Suidas, Gregorius Corinthius, et Aristotelis interpretes Syrianus, Dexippus, Simplicius, alii. Cf. Epimetr. ad Not. 1. Hartensten. De Archyt. Tarent. fragm. philos. p. 92 sqq.

13) Loci enim ex Aristoxeni opere *βίῳ ἀνδρῶν* inscripto citantur

Epigeni, Alexandri magni fere aequali ¹⁴), qui de Brontini Pythagorei scriptis mentionem fecit ¹⁵); et Aristoteli, qui non solum, ut Eudemus, Theophrastus, Eratosthenes, alii ¹⁶), sententias et definitiones ab Archyta propositas novit ¹⁷), sed etiam de Archytae philosophia libros tres et Archyteorum epitomen scripsisse traditur ¹⁸), quae scripta, mature iam, nisi fallimur, ab Alexandrinis grammaticis in librorum Aristotelicorum numero reposita ¹⁹), Damascii loco inde servato, quo docetur, Pythagoram materiam perpetuae vicissitudini ac mutationi obnoxiam τὸ ἄλλο dixisse ²⁰), et alterius commenta-

ab Athenaeo, Porphyrio, Iamblichō, aliis. Cf. Athen. II. p. 46. F. X. p. 418. F. XII. p. 545. Porphyr. V. P. 9. 22. Iambl. V. P. 233. 250. Mahne de Aristoxeno l. c.

14) Lobeck. Aglaopham. I. p. 340 sqq.

15) Brontinus, cuius adhuc nonnulla fragmenta exstant (cf. Syrian et Alexand. in Aristot. Metaph. p. 325 et 339. ed. Brandis., Iambl. in Villosion. Anecd. II. p. 199 sqq. Schol. in Plat. p. 411. ed. Bekk.) et Cercops, Pythagorei, teste Epigene ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 397. plures commentationes scripserunt et Orpheo supposuerunt, alter τὸν πέλον καὶ τὰ φυσικά, alter τὴν εἰς Ἄιδου κατάβασιν καὶ τὸν ἐγὼν λόγον.

16) Theophrast. Metaph. 3. p. 312. ed. Brandis., Eudem. ap. Eutoc. de Sphaer. et Cyl. II. 2. p. 143. Id. ap. Simplic. in Aristot. Phys. f. 98. B. 108. A. (cf. Not. 94.), Eratosthen. ap. Eutoc. l. c. p. 144. Cic. de Sen. 12. De Amicit. 23. De Rep. I. 38.

17) Aristot. Probl. XVI. 9. Metaph. VIII. 2. Rhetor. III. 11. cf. Polit. VIII. 6.

18) Diogenes Laertius V. 25. in elencho librorum Aristotelicorum etiam Περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας ἀβ' γ' et Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτέων ἀ refert: item Anonymus De Vit. Aristot. ap. Menag. ad h. l. (Aristot. Opp. ed. Bip. T. I. p. 63.), sed alteram commentationem Ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχύτου ἀ inscripsit.

19) Nam elenchos librorum Aristotelicorum a Diogene Laertio et Anonymo servatos (Not. 18.) Brandisius a grammaticis Alexandrinis, qui ante Andronicum Rhodium vixerint, repetendos esse demonstrat, Ueber die Schicksale d. Aristot. Bücher, in Museo Rhen. 1827. T. I. p. 249. 261.

20) Damascius in Creuzeri Meletem. e discipl. antiquit. T. I. p. 105.: βέλτιον ἄρα τῷ διορισμῷ αὐτοῦ ἐμμένειν κατὰ τὴν Πυθαγορικὴν συνήθειαν καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος, ἄλλα νοοῦντος τὰ ἐνυλα πράγματα καὶ αὐτὴν τὴν ἄληθιν ἐν τε γὰρ τῷ Φαιδωνί οὕτως ὀνομάζει τὰ ἄλλα, τὰ εἶδη τὰ αἰσθητὰ λέγων ἄλλα καὶ ἐν ἄλλοις Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς Ἀρχυτέλοις ἱστορεῖ καὶ Πυθαγόραν ἄλλο τὴν ἕλλην καλεῖν, ὡς

tionis inscriptione: *Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων*, non tam suspecta redduntur, quam Gruppio visa sunt²¹).

ὄρευσήν καὶ αἰεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο γιγνόμενον ὥστε δηλὸς ἐστὶ καὶ ὁ Πλάτων ταύτη τὰ ἄλλα ἀφοριζόμενος. Cf. Plat. Phaedon, p. 83. A. B.

21) Grupp. p. 79 sqq. Nam Pythagoras, cuius mentione Gruppium offenditur, quamquam ab ipso Aristotele sane non saepe commemoratur, a Damascio tamen, qui Aristotelis locum transscripsit, et ab aliis scriptoribus recentioribus innumeris locis pro Pythagoreis aut etiam pro incertis quibusdam philosophis, de quibus Aristoteles passim loquitur, quique ab interpretibus eius in Pythagoreorum numero habentur, citatus reperitur (conf. Damascii *Ἀπορίαι καὶ λύσεις π. τῶν πρώτων ἀρχῶν* p. 64. 67. 121. 122. 131. 138. ed. Kopp., Plutarch. plac. phil. I. 7, 11. I. 21. II. 6. Pseudo-Alexander et Syrianus in Aristot. *Metaph.* XIV. 1. Schol. in Aristot. *Metaph.* ed. Brandis. p. 324 sqq. Brandis De perditis Aristot. libr. de Ideis et de Bono p. 34 sqq.); ipsa autem materiae denominatio ex Aristotelis Archyteis sumta, quae Gruppio Neo-Pythagoreorum doctrinam redolere videtur, ab Aristotele revera iam incertis illis philosophis, a Pythagoreorum doctrina haud scio an non plane alienis, tributa est *Metaph.* XIV. 1. p. 1087 B. 4. sqq.: οἱ δὲ τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων ἴλην ποιοῦσιν, οἱ μὲν τῶ ἐν τῷ ἴσῳ τὸ ἀνίσῳ, ὡς τοῦτο τὴν τοῦ πλῆθους οὐσαν φύσιν, οἱ δὲ τῶ ἐν τὸ πλῆθος. . . οἱ δὲ τὸ ἕτερον καὶ τὸ ἄλλο πρὸς τὸ ἐν ἀντιτιθέασιν, οἱ δὲ πλῆθος καὶ τὸ ἐν, quem locum explicans Alexander Schol. in Aristot. *Metaph.* p. 326, 2. et 18 sqq. ed. Brandis.: τῶ δὲ Πυθαγόρα, inquit, ἡ γενέσις τῶν ἀριθμῶν ἐστὶν ἐκ τοῦ πλῆθους. . . ἄλλοι δὲ τῶν Πυθαγορείων τὸ ἕτερον καὶ τὸ ἄλλο ὡς μὲν φύσιν, ἑλικήν δέ, πρὸς τὸ ἐν καὶ ἀλλήλων ὡς ἐναντία ὁπλίζουσι. Et materiam perpetuae vicissitudini et mutationi esse obnoxiam cum aliis, tum Platoni Archytae familiari (cf. Not. 52.) iam placuit (Brandis. de perdit. Aristot. libr. de Id. et de Bono p. 25 sqq.), neque pugnat cum Philolai doctrina, qui duas rerum ditiones, τὸ νόον καὶ ψυχᾶς ἀνάγκησιν atque τὸ γενέσιος καὶ μεταβολᾶς ἀνάγκησιν discrevit (Boeckh. *Philol.* p. 173. cf. p. 167.). Reliquae autem suspiciones, quas Gruppium in Damascii locum contulit, nullius momenti sunt. Nam extrema loci verba: ὥστε δηλὸς ἐστὶ καὶ ὁ Πλάτων ταύτη τὰ ἄλλα ἀφοριζόμενος, aperte non ex Aristotelis Archyteis sumta, sed ab ipso Damascio addita sunt et ἴλη vox, quamquam ante Aristotelis aetatem non saepe ad materiae notionem significandam usurpata reperitur (cf. Ritteri et Prelleri *Hist. philos.* §. 262. Not. p. 208.), ab Aristotele tamen in omnium philosophorum doctrina exponenda adhibetur, ut *Metaph.* I. 3.: τῶν δὲ πρώτων φιλοσοφησάντων οἱ πλείστοι τὰς ἐν ἑλῆς εἶδει νόους ἀνήθησαν ἀρχαί: εἰναί. Ac fortasse ne ab Aristotele quidem, sed ab ipso Damascio, qui etiam in Platonis loco Phaedon. p. 83. A. B. explicando ea utitur (conf. Not. 20.), in Archytae sententiam illata

Et Iudaeum denique fuisse, a quo tota fragmentorum moles repetenda sit, quamquam non ab omni fraudis litterariae suspitione Iudaei abesse videntur ²²⁾, tamen inde iam in dubium venit, quod Dorica dialecto ²³⁾, Alexandriae non usitata, et partim ita quidem conscripta sunt, ut grammaticis criticisque veteribus non solum genuina ²⁴⁾, sed etiam optima

est. Quodsi quae in Archytæ sententia aut ab Aristotele aut a Damascio mutata vel addita sunt, aut certe mutari potuerunt, negligimus, locus a Damascio servatus non magis Neo-Pythagoreorum doctrinam refolet, quam Platonis locus Phaedon. p. 83. A. B.: αὐτὴν δὲ εἰς αὐτὴν συλλέγεσθαι καὶ ἀθροῦν (sc. τὴν ψυχὴν ἢ φιλοσοφία παρακίλεῖται), πιστεῖν δὲ μηδεὶ ἄλλῳ ἢ αὐτῇ αὐτῇ, ὅτι ἂν νόση αὐτῇ καὶ αὐτὴν αὐτὸ καθ' αὐτὸ τῶν ὄντων· ὅτι δ' ἂν δι' ἄλλων σκοπῇ ἐν ἄλλοις ὄν ἄλλο, μηδὲν ἠγείσθαι ἀληθές, aut Philolai sententia ap. Philon. de Opif. M. p. 24.: ἐντὶ γὰρ ὁ ἀγμῶν καὶ ἀρχῶν ἀπάντων θεὸς εἰς αἰετῶν, μόνιμος, ἀκίνατος, αὐτὸς αὐτῷ ὁμοῖος, ἀίτερος τῶν ἄλλων (Boeckh. Philol. p. 151.). Alterius autem commentationis inscriptionem: Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων, ad Timæi Locri libellum suppositicum Aristotelis nondum cognitum spectare (Grupp. p. 80.), nullo confirmatur certo indicio, nec solum nihil obstat, quominus, ut Boeckhio iam placuit (Philol. p. 45.), ad Platonis Timæum referatur, sed etiam, si Diogenis Laertii, testis gravioris, inscriptio: Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων, anonymi inscriptioni compendiariae: Ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχυτείου, praestat, necesse est ad librum Τιμαίος inscriptum referatur, quoniam si quid e consuetis epitomarum titulis, quales apud Stobaeum et alios reperiantur, colligere licet, ad scriptorem Timæum Locrum significandum non licebat Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου dicere, sed ommissa ἐκ particula τὰ τοῦ Τιμαίου dicendum erat; quamquam ne haec quidem inscriptio talis est, quin ad Platonis Timæum referri possit, quem Aristoteles non raro, omisso Platonis nomine, scriptoris instar citat, ut De Sens. 2.: ὁ Τιμαίος λέγει, De An. 2.: καὶ ὁ Τιμαίος φυσιολογεῖ. Quo accedit, quod Platonis Timæus tam celebratus fuit, ut vel solo Timæi nomine indicari posset, sed Timæi Locri libellus suppositicius non item.

22) Cf. Valckenaerii Diatr. de Aristobulo Iudaeo, ed. Luzac. Lugd. Bat. 1806. 4., Boeckh. Graecae Tragoediae principum Aeschyli, Sophocli et Eurip., num ea quae supersunt et genuina omnia sint et forma primitiva servata. Heidelb. 1808. p. 146 sqq.

23) Excipienda sunt Perictiones fragmenta περὶ γυναικῶς ἀγορίας ap. Stob. Flor. 79, 50, 85, 19. Ionica dialecto scripta, quamquam reliquorum quae scripsisse fertur, fragmentorum Dorica dialectus est. Cf. Bentleii Opusc. p. 366. Praeterea nonnullorum fragmentorum dialectus Dorica in Atticam mutata est. cf. Bentl. l. c. p. 26.

24) Porphyr. in Ptolem. Harm. p. 236.: παρακίλεθω δὲ καὶ τὴν τὰ

et praestantissima Doricae dialecti exemplaria viderentur²⁵); et magis etiam inde, quod non paucos locos suppeditant, qui Iudaeorum de deo uno doctrinae plane repugnent²⁶). Quo accedit, quod Philo Iudaeus, cuius scriptis Gruppium ad Iudaicam fragmentorum originem probandam usus est, Platonem imitando ita effinxit atque expressit, ut ab ipsis Graecis alter Plato nuncuparetur²⁷), et totum fere Graecarum litterarum orbem tam probe novit, ut, quid Graecis, quid Iudaeis debeat, non facile possit diiudicari²⁸).

Cetera autem, quae a Gruppio ad infirmandam fragmentorum fidem et auctoritatem prolata sunt, argumenta, maximam partem aut a Platonicae et Aristotelicae doctrinae vestigiis, quae in nonnullis reperiantur, aut inde, quod a Philolai reliquorumque veterum, quorum Aristoteles rationem habuerit, Pythagoreorum doctrina recedant, petita, non minores dubitationes afferunt. Permulta enim fragmentorum illorum Pythagoreis inscripta sunt, de quibus praeter nomen et librorum, quos scripsisse feruntur, reliquias nihil memoriae proditum est; adeoque dubitatio existit, an post Ari-

Λογίου του Πυθαγορείου, ού μάλιστα και γνήσια λέγεται είναι τα συγγραμματα.

25) Gregorius Corinthius de dialect. ling. Graecae Prooem. p. 6. ed. Schaeff.: αἰτοὶ τοῦτον Ἀττικῆς μὲν φράσεως κανόνα τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνην προθέμενοι . . . Λωρίδος δὲ τὸν Ταραντῖνον Λογίταν και Θεόκριτον . . . ἴσως ἂν περὶ τῶν διαλέκτων ἰκανῶς διαλαβομεν. Cuius loci miror neque Hartenstenium neque Eggersium neque Gruppium rationem habuisse. Secutus est autem Gregorius Corinthius antiquiores grammaticos; nam ipse dicit l. c. p. 1.: ἰδοῦ σοι και τὰς διαλέκτους ἐγχετιζῶ . . . περὶ ὧν ὁ τε Φιλόπονος Ἰωάννης ἐπιλοπόνησε και Τρόφων ὁ γραμματικὸς και ἄλλοι πολλοὶ οἷς ἰκανῆ περὶ τὰ βιβλία τριβῆ και ἀσκησις γέγονε.

26) Archyt. ap. Stob. Flor. 3, 76. 43, 129. 134. Theag. ibid. 1, 67. Phintys ibid. 74, 61. Clinias ibid. 1, 66. Euryphamus ibid. 103, 27. Sthenidas ibid. 48, 63. Diotogenes ibid. 48, 64. Perictione ibid. 79, 50. Onatas ap. Stob. Ecl. I. p. 92.

27) Euseb. Hist. Eccl. II, 4. Suid. v. *Φίλων*, al. Cf. Vett. Testimon. de Philone Iudaeo in Philonis Opp. ed. Mangey. T. I. p. XXI sqq. Fabricius de Platonismo Philonis Iudaei in Opusc. Historico-criticolitterar. Hamb. 1738. p. 149 sqq.

28) Grosfmann Quaestiones Philoneae. I. Lips. 1829. p. 5.

stotelis demum aetatem vixerint et praeter Pythagoreorum doctrinam etiam Platonis et Peripateticorum placita quodammodo cognita habuerint. Nam inde quod Pythagorei nominantur, non sequitur, ut Aristotele superiores ponendi aut pro veris Pythagoreis habendi sint, siquidem Echecrate Phliasio et Xenophilo Chalcidico ceterisque Pythagoreis, qui vulgo ultimi habentur ²⁹⁾ et ad Ol. 103, 4. referuntur ³⁰⁾, non pauci, qui Pythagoreis annumerantur, aetate multo inferiores sunt iique fere omnes plurium philosophorum placita novisse videntur, ut Lyco Tarentinus, Aristotelis calumniator ³¹⁾; Diodorus Aspendius, Stratonici, qui sub rege Ptolemaeo Lagi floruit, familiaris et Aesae Pythagorei discipulus, sed Cynicorum aeque ac Pythagoreorum doctrina initiatus ³²⁾; Nearchus Tarentinus, qui cum Catone maiori sermones habuisse

29) Diog. Laert. VIII. 46.: *Τελυταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστοῦξενος εἶδε, Ξενοφίλος τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θράκης καὶ Φάντων ὁ Φλιασίως καὶ Ἐχεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμναστος, Φλιασίοι καὶ αὐτοί. ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐφρόνου τῶν Ταραντίνων.* Cf. Aristoxen. ap. Iambl. V. P. 251. De Echecrate Phlasio, qui a Platone in Phaedone cum Socrate colloquens inducitur, cf. Stallbaum. ad Plat. Phaedon. p. 57. A. Diversus est ab Echecrate Tarentino (Iambl. V. P. 267.), quem Archytas iuvenem Platoni in disciplinam tradidisse videtur (Plat. Epist. IX. p. 358. B.), sed fortasse idem atque Locrus, quem ipse Plato audivisse dicitur (Cic. de Fin. V. 29. Valer. Max. VIII. 7. ext. 3.). De Xenophilo Pythagoreo musico, qui vitam ad centesimum quintum annum perduxit et ipsum Aristoxenum puerum vel iuvenem instituit, cf. etiam Lucian. Macrob. 18. Gell. N. A. IV. 11. Suid. v. Ἀριστοῦξενος. Diog. Laert. VIII. 16.

30) Diodor. XV. 76. Clinton. Fast. Hell. ad Ol. 103, 4. Conf. Bentl. Opusc. p. 197.

31) Aristocles ap. Euseb. Praep. ev. XV. 2. p. 792. ed. Colon.: *πάντα δ' ὑπερκαταίει μορτα τὰ ὑπὸ Λύκωνος εἰρημμένα, τοῦ λέγοντος εἶναι Πυθαγορικόν ἑαυτὸν· φησὶ γὰρ θύειν Ἀριστοτέλη κτλ.* Cf. Theodoret. Gr. Aff. Cur. VIII. p. 911. XII. p. 1026. ed. Schulz., Iambl. V. P. 267. Diog. Laert. V. 69. *γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Λύκωνες· πρῶτος Πυθαγορικὸς.* Lyco ille idem videtur atque Lycus Pythagoreus (Athen. II. p. 69. E.) et Lyco Iasensis, qui de Pythagora scripsisse dicitur (Athen. X. p. 418. E.).

32) Iambl. V. P. 266. Athen. IV. p. 163. D. Claudian. Mam. de Stat. An. II. 7. Cf. Bentl. Opusc. p. 200.

et proxime ad Platonis doctrinam accessisse dicitur³³⁾; ac tota denique cohors illa Pythagoreorum, qui Cratino iuniori et Alexidi aliisque poetis comicis irridendi materiam prae-buerunt³⁴⁾ et partim haud scio an sôphistas veteres imitati sint³⁵⁾. Nec pauci etiam in Pythagoreorum numero relati sunt, qui aut nihil prorsus cum Pythagoreis commercii habuerunt aut certe vulgo inter aliorum philosophorum sectatores numerantur aut omnino ex philosophorum numero eximi solent, non solum veteres, ut Zaleucus, Charondas³⁶⁾, Epimenides³⁷⁾, Parmenides, Zeno³⁸⁾, Melissus Samius³⁹⁾, Leucippus⁴⁰⁾, Empedocles⁴¹⁾, e quibus nonnulli ante ipsum

33) Plutarch. Cat. mai. 2. *Νεάρχω δὲ τινὶ τῶν Πυθαγορικῶν ξένω χρησάμενος (sc. ὁ Κάτων) ἐσπούδασε τῶν λόγων μεταλαβεῖν. ἀκούσας δὲ ταῦτα διαλεγόμενον τοῦ ἀνδρὸς οἷς κέχρηται καὶ Πλάτων, τὴν μὲν ἡδονὴν ἀποκαλῶν μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, συμφορὰν δὲ τῆ ψυχῇ τὸ σῶμα πρόωτῆν, λύσιν δὲ καὶ καθαρὸν οἷς μάλιστα χωρῆζει καὶ ἀρίστησιν αὐτὴν τῶν περὶ τὸ σῶμα παθημάτων λογισμοῖς, ἐν μᾶλλον ἠγάπησε τὸ λιτόν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.* Cf. Cic. Cat. mai. 12.

34) Cratin. ap. Diog. Laert. VIII. 37. Alexis ap. Athen. III. p. 122. F. IV. p. 161. B. D. Aristophon ap. Athen. VI. p. 238. C. IV. p. 161. E. XIII. p. 563. B. Id. ap. Diog. Laert. VIII. 38. Cf. Meineke Com. Gr. Fragm. Vol. I. p. 338. III. p. 376. 474.

35) Diogenes Laert. VIII. 37.: *ἴστωφε δὲ αὐτὸν (sc. Πυθαγόραν) Κρατῖνος μὲν ἐν Πυθαγοριζούσῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν Ταραντῖνοις φησὶν οὕτως:*

*Ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, ἀν τιν' ἰδιώτην ποθέν
λαβῶσαν εἰσελθόντα, διαπειρώμενον
αἷς τῶν λόγων ῥώμης, ταράττειν καὶ κυκᾶν
τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι, τοῖς παρισώμασι,
τοῖς ἀποπλάνοις, τοῖς μεγέθειν νομβουσιτικῶς.*

36) Posidon. ap. Senec. Ep. 90. Diod. Sic. XII. 20. Diog. Laert. VIII. 16. Iambl. V. P. 104. 130. 172. 267. al. Cf. Bentleyi Opusc. p. 337 sqq. Brandis. Gesch. d. Philos. I. p. 428. cc.

37) Iambl. I. c. 104. 135 sq. 222. Bentl. I. c. p. 182.

38) Strab. VI. p. 252.: *οἱ δὲ τὴν Ἐλίαν ὀνομάζουσι, ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο ἄνδρες Πυθαγόρειοι.* De Parmenide cf. etiam Iambl. V. P. 166. 267. Diog. Laert. IX. 21.

39) Iambl. I. c. 267. Cf. Palaeph. De Incred. prooem. §. 4.

40) Iambl. V. P. 104. Ceterum Leucippi cuiusdam nomen etiam in nummis Metapontinis legitur. Cf. Eckhel. Doctr. Num. T. I. p. 156.

41) Diog. Laert. VIII. 50. 54 sqq. Iambl. V. P. 104. al. Male Suidas v. Ἀρχίτας' τοῦτον (sc. Ἀρχίταν) γανερῶς γενέσθαι διδάσκαλον Ἐμπεδοκλέους, sive ex Bernhardii emendatione minime necessaria: τοι-

Pythagoram vixerunt ⁴²⁾, sed etiam recentiores, ut praeter Eudoxum Cnidium ⁴³⁾ Amyclas Heracleotes ⁴⁴⁾, Lasthenia Arcas ⁴⁵⁾, Dion Syracusanus ⁴⁶⁾, Academici, cum ipso Platone ⁴⁷⁾, Theodorus, Aristippus Cyrenaici ⁴⁸⁾, Aristoxenus Peripateticus ⁴⁹⁾, Rhinto Tarentinus poeta ⁵⁰⁾, alii. Quid igitur

τὸν φησι Παρίας ὁ Ἐγείσιος γενέσθαι διδάσκαλον Ἐμπεδοκλέους. Nam Archytas, Platonis familiaris, Empedocle aetate multo inferior fuit (cf. Karsten Emped. Reliq. p. 52.) et διδάσκαλος vox non discipulum significat, quam potestatem Bernhardius ei tribuit, sed praeceptorem, magistrum. Fortasse Suidas Archytam cum Anchito, Empedocleis familiari (Jambl. V. P. 113.), confudit.

42) Bentl. Opusc. p. 337 sqq. Huc pertinet etiam Numa rex. Cic. Tusc. IV. 1. 3. Liv. I. 18. Ovid. Metam. XV. 60.

43) Diog. Laert. VIII. 86. Fabr. Bibl. Gr. T. I. p. 845. Harl. Saeptus Platonici annumeratur. Conf. Sotion. ap. Diog. Laert. VIII. 86. Eratosthen. ap. Eutoc. in Archim. de Sphaer. et Cyl. II. 2. Cic. de Rep. I. 14. De Divin. II. 42. Plutarch. Vit. Marcell. 14. Quaest. Symp. VIII. 2. Sed doctrina ejus de voluptate (Aristot. Eth. ad Nic. X. 2.) et rerum principiis (Aristot. Metaph. I. 7. XIII. 5.) neque Platonici neque Pythagorei est, et Philostratus Vit. Soph. I. 1. in Sophistarum numero eum reposuit.

44) Amyclas Pythagoreus nuncupatur ab Aristoxeno ap. Diog. Laert. IX. 40., Platonis discipulus ab ipso Diog. III. 46. et Aeliano V. H. III. 19.

45) Jambl. V. P. 267. Sed cf. Diog. Laert. III. 46.

46) Jambl. V. P. 199. Οὗτος (sc. ὁ Φιλόλαος) πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θουλλοῦμενά τὰντα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Ἄτων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μῶν πρόλασθαι, Πλάτωνος κλειέσατος, εἰς πεντὰν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικομένου τοῦ Φιλόλαου· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἦν ἀπὸ συγγενείας τῶν Πυθαγορείων καὶ διὰ τοῦτο μετέλαβε τῶν βιβλίων. Nam illud ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς κτλ. non, ut Kustero et Kiesslingio visum est, ad Philolaum, clarissimum Pythagoreorum, sed ad Dionem, librorum Philolaicorum emtorem, spectare facile intelligitur. Cf. Boeckh. Philol. p. 19. Ceterum vulgo Dion Platonis discipulis annumeratur. cf. Platon. Ep. VII. p. 324 sqq. Cic. de Orat. III. 34. Corn. Nep. Vit. Dion. 2. Plutarch. Vit. Dion. 4. Diog. Laert. III. 46. Aelian. V. H. IV. 21.

47) Anonym. de Vit. Pyth. imit. p. 102. ed. Kiessl., Schol. Theocrit. XIV. 5. Euseb. adv. Hierocl. c. 11. p. 439. ed. Olear.

48) Jambl. V. P. 267. Aristippus, Dionysii Syracusani min. familiaris, ideo fortasse in Pythagoreorum numerum receptus est, quod nonnulla Dorice scripsit. Diog. Laert. II. 83.

49) Stob. Flor. 101, 4. Ioann. Damascen. in Append. ad Stob. Flor. ed. Gaisf. T. IV. p. 411. Lips. Cf. Gell. N. A. IV. 11, 7. Bentl. Opusc. p. 366.

50) Lyd. de Magistrat. I. 41.: Πίνθωνα καὶ Ἀσκήραν καὶ Βλέσων

tur obstat, quominus etiam Dium, Pempelum, Sthenidam, Diotogenem ceterosque fragmentorum auctores, de quorum aetate nihil constat ⁵¹⁾, post Aristotelem vixisse nec solum veterum Pythagoreorum; sed etiam aliorum, qui post Pythagoreos exstiterunt, philosophorum placita cognovisse ponamus?

Sed ne in illos quidem Pythagoreos, qui quando vixerint, minus incertum est, omnia Gruppii argumenta, quae praeter Iudaicae doctrinae ac dictionis vestigia ad impugnamdam fidem eorum protulit, convenire videntur. Ex toto enim Pythagoreorum numero, quibus quae adhuc exstant

καὶ τοὺς ἄλλους τῶν Πυθαγορείων ἴσμεν οὐ μικρὸν διδαγμάτων ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος γενέσθαι καθηγητὰς καὶ διαφερόντως τὸν Πλάτωνα, ὃς ἐξαίρετοις ἔγραψε πρώτος κομωδίας.

51) Inter alios praeter Butherum Cyzicenum, Critonem Aegeum, Metopum Metapontinum, qui quo iure a Rittero (Gesch. d. Pyth. Philos. p. 71.) in veterum Pythagoreorum numero repositi sint, ex Heerenii Comment. de Font. Ecl. Ioann. Stob. §. 26. 28. et Orell. Opusc. Graec. vet. sent. et mor. T. II. p. 701. 703. iam satis intelligitur, eo pertinent etiam aut certe non satis idoneis rationibus inter veteres ante Platonem Pythagoreos numerantur: Aristaeon, a quo ipse Ritterus p. 70. Aristaeum, Pythagorae generum (Iambl. V. P. 265.) seiungit, quamquam ne Aristaei quidem aetas satis certa videtur (cf. Not. 72. Claudian. Mamert. De Stat. An. II. 7.); Eurysus, qui ab Heerenio et aliis cum Euryto Tarentino, Philolai discipulo, collatus est, sed eodem iure cum Eirisco Metapontino et aliis conferri potest (cf. Iambl. V. P. 267. ibiq. Reines.); Bryso, qui Fabricio idem visus est atque Bryso Heracleotes, quem Plato nonnullis locis expressisse dicitur (Theopomp. ap. Athen. XI. p. 518. D. cf. Plat. Ep. XIII. p. 360.), sed plures philosophos cognomines habuisse videtur, siquidem praeter Brysonem geometram (Aristot. Anal. post. I. 9. al.) etiam Achaeus, quem Diogenes Sinopeus et Crates audivisse feruntur (Diog. Laert. VI. 85. Suid. v. Κράτης), et Thurius (Sext. Emp. adv. Math. VII. 13.) et Bryso, Stilponis filius (Diog. Laert. IX. 61.), memorantur. Neque satis idoneae sunt causae, cur Theages Pythagoreus (Stob. Flor. I. 67 — 69.) pro eodem habeatur atque Pythagoreorum ille adversarius et Cylonis familiaris, qui ab Iamblichio modo Lithages modo Lithages nominari videtur (Vit. Pyth. §. 257. 261. 263.). Quid? quod Rittero l. c. p. 72. ne Ocelli quidem Lucani aetas satis certa videtur; neque enim aliunde definiti potest, nisi ex epistola Archytea ap. Diog. Laert. VIII. 80., quae, ut pleraeque philosophorum veterum quae feruntur epistolae, haud dubie suppositicia est. De Hippodamo Thurio cf. Hermannii Disput. de Hippodamo Milesio ad Aristot. Polit. II. 4, 5.

fragmenta inscripta sunt, praeter Philolaum et Eurytum, discipulum eius, et Ocellum Lucanum et Timaeum Locrum vix ullus alius aetate quodammodo notus est, quam Archytas Tarentinus, Platonis ac Dionysii minoris et Eudoxi familiaris⁵²⁾, qui non tam primo⁵³⁾, ut nonnullis visum est⁵⁴⁾, quam secundo⁵⁵⁾ et tertio Platonis itinere Syracusano⁵⁶⁾

52) Aristoxen. ap. Athen. XII. p. 545. Callimach. ap. Diog. Laert. VIII. 86. Eratosthen. ap. Eutoc. in Archimed. de Sphaer. et Cyl. II. 2. p. 144. Demosthen. Erot. §. 46. Platon. Epist. VII. IX. XII. XIII. p. 338. C. sq. 350. A. 357. 359. C. 360. C. Cic. de Sen. 12. de Rep. I. 10. de Fin. II. 14. V. 29. Tusc. I. 17, 39. V. 23. Valer. Max. VIII. 7. ext. 3. Plutarch. Vit. Dion. 18. 20. Vit. Marcell. 14. Quaest. Symp. VIII. 2. Appul. De Dogm. Plat. I. p. 569., Ael. Aristid. XLVI. T. II. p. 304. ed. Dindorf., Diog. Laert. III. 21. 22. 61. VIII. 79. 82., Iamblich. V. P. 127. Anonym. de Vit. Pyth. p. 102. ed. Kiessl., Themist. ap. Boeth. in Aristot. Categ. p. 114. ed. Basil., Hieronym. Ep. LIII. Opp. T. I. p. 268. ed. Vallars., Simplic. in Aristot. Categ. p. 6., Olympiodor. Vit. Plat. in Plat. Opp. ed. Bekk. Lond. Vol. I. p. XLIV., Suid. v. *Ἀρχύτας*, Eudocia Viol. p. 74., Tzetz. Chil. X. 996. Cf. Procl. in Euclid. p. 19. ed. Basil. De paucis illis, qui repugnare videri possint locis, aut corruptis, aut fide indignis (Suid. v. *Ἀρχύτας*, Cic. de Or. III. 34. Diog. Laert. VIII. 39.) cf. Not. 41. 81. 85. De Iamblichi loco V. P. 104., ubi Archytas in ipsius Pythagorae auditoribus refertur, v. Bentleii Opusc. p. 201.

53) Hoc itinere, quod incidit in Ol. 97, 4. (cf. Clinton. Fast. Hell. ad h. a.), Platoni cum Archyta iam commercium fuisse, Aelius Aristides XLVI. T. II. p. 304. Dind., et Tzetzes Chil. X. 996. ponere videntur, Archytam cum Annicere Cyrenaeo (Plut. Vit. Dion. 4. 5. Diog. Laert. III. 20. cf. Hermann. Gesch. u. Syst. d. Plat. Philos. I. p. 63.) confundentes, et Olympiodorus Vit. Plat. I. c., scriptores fide non ita digni.

54) Hartensten. De Archytae Tarent. fragm. philos. p. 5., Lorentz de rebus gestis Tarentinorum p. 21. al.

55) Plat. Ep. VII. p. 338. Plut. Vit. Dion. 18. cf. Appul. de Dogm. Plat. I. p. 569. Diog. Laert. III. 21. Ael. Aristid. I. c. Incidit secundum illud iter in Ol. 103, 2., quo fere tempore Dionysius minor regnum adeptus est (Clinton. I. c.) et paulo post Plato inter Dionysium minorem et Archytam amicitiam iunxit teste auctore Epist. Plat. VII. p. 338., quocum non pugnat Plutarchus Vit. Dion. 18., ut Gruppius p. 29. videtur. Nam verba *δὲ ἐξελθόντων*, quae Gruppius I. c. ad Archytam refert, eodem iure ad Platonem referri possunt. Cf. Stahr in Annal. Halens. 1841. p. 46.

56) De tertio Platonis itinere Syracusano, quod incidit in Ol. 104, 4. cf. Plat. Ep. VII. p. 339. 350. Plut. Vit. Dion. 18. 20. (Diog. Laert.

sive regnante Dionysio minore ⁵⁷⁾ inclaruit, et quamquam naufragio paulo maturius periisse videtur ⁵⁸⁾, tamen Platone iam fere septuagenario Tarenti adhuc summa auctoritate floruit ⁵⁹⁾; Clinias Tarentinus, qui teste Aristoxeno Platonem prohibuit, ne Democriti libros combureret ⁶⁰⁾; Aresas Lucanus, qui ut Archytas Tarenti, Philolaus et Clinias Heracleae, Eurytus Metaponti, ita paucis iam genuinorum Pythagoreorum superstitionibus Crotone scholas habuisse et Diodorum Aspendium, sub Ptolemaeo Lagi rege adhuc florentem ⁶¹⁾ doctrina Pythagorica instituisse traditur ⁶²⁾; Brontinus Me-

VIII. 79.), unde patet, Archytae auctoritatem eo tempore plurimum apud Dionysium minorem valuisse.

57) Aristoxen. ap. Athen. XII. p. 545. Plutarch. et Plat. Ep. II. cc. Diog. Laert. III. 21. 22. VIII. 79. Ael. Aristid., Suid., Eudoc. II. cc. 58)

58) Horat. Carm. I. 28. ibiq. Schol. Nam Weiskii interpretatio, qui Archytam naufragio periisse negat (Jahrb. f. Philol. u. Paedagog. ed. Jahn V. 1830. p. 349 sqq.), non satis bene procedere videtur. Ceterum nescio an huc referendus sit Iamblichi locus V. P. 247.: οἱ δὲ φασὶ καὶ τὸ δαιμόνιον νυμφοῦσιν τοῖς ἐξώφορα τὰ τοῦ Πυθαγόρου ποιησαμένοις· φθαρήναι γὰρ ὡς ἀσβήσαντα ἐν θαλάσῃ τὸν δηλώσαντα τὴν τοῦ εἰκοσταγώνου σύστασιν . . . εἰς σφαῖραν ἐπιτελεσθαι (sc. Ἰππασον). ἔνιοι δὲ τὸν περὶ τῆς ἀλόγου καὶ τῆς ἀσυμμετρίας ἐξείποντα τοῦτο παθεῖν ἔλεξαν (cf. Horat. Carm. I. 28. 1.). Item David. in Aristot. Categ. p. 27. A. 29. ed. Acad. Bor.: καὶ τις τῶν Πυθαγορείων ἐκδοὺς τὸ μοιόβιβλον τὸ περὶ τῶν ἀλόγων πραγμάτων ναυαγίῳ περιέπεσεν ὡς τὰ ἀπόρρητα ἐξορρησάμενος.

59) Nam Plato Ol. 87. 4. natus est atque ex tertio itinere Archytae intercessione (cf. Not. 56. 57.) circa Ol. 105. 1. rediit. Cf. Hermann, Gesch. u. Syst. d. Plat. Philos. T. I. p. 66. Ceterum Cicero de Sen. 12. nescio quo auctore Platonem vel L. Camillo et Appio Claudio Coss., h. e. Ol. 107. 3. (cf. Pighii Annal. Rom. T. I. p. 294.), sive tertio anno ante mortem suam, Tarenti cum Archyta convenisse dicit, quemadmodum Platonem paucis annis post Alexandrum natum sive post Ol. 106. 1. ad Dionysium minorem venisse Gellius N. A. XVII. 21. 29. per errorem tradit.

60) Aristoxen. ap. Diog. Laert. IX. 40. — 61) Timaeus Taürom. ap. Athen. IV. p. 163. E. cf. Bentl. Opusc. p. 200.

62) Hoc enim Iamblichus dicere videtur loco, quem alii aliter interpretati sunt, De Vit. Pyth. 266.: χρόνῳ μὲντοι γε ὕστερον (sc. μετὰ Τύδαϊν τὸν Κρότωνιάτην) Ἀρέσαν ἐκ τῶν Λευκαίων σωθέντα διὰ τινῶν ξένων ἀφηγήσασθαι τῆς σχολῆς (sc. τῆς ἐν Κρότωνι). πρὸς ὃν ἀρμίσθαι Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον, ὃν παραδειχθῆναι διὰ τῆν σπάνιον τῶν ἐν τῷ

tapontinus, qui, si Leontis Metapontini, ut videtur, familiaris fuit ⁶³), Platonis fere temporibus aut etiam paulo post floruit ⁶⁴); Hipparchus Siculus, qui, si Diogenis Laertii locus, quo Hipparchi cuiusdam relatio de Democriti vita tranquille peracta legitur ⁶⁵), ex Hipparchi nostri libello de tranquillitate ⁶⁶) sumtus est ⁶⁷), Democrito aetate inferior fuit, et Lysidis quae fertur epistolae si fidem habere licet, a Lyside, Epaminondae praeceptore ⁶⁸), vituperatus est, quod Py-

συστήματι ἀνδρῶν· περὶ μὲν Ἡράκλειαν Κλειτίαν καὶ Φιλόλαον· ἐν Μεταποντίῳ δὲ Θεωρίδην καὶ Εὐρότον· ἐν Τάραντι δὲ Ἀρχίταν. Cf. Plutarch. de Gen. Socr. p. 583. Boeckh. Philol. p. 13. Not. 3.

63) Alcmaeo enim, qui ob locum interpolatum Aristot. Metaph. I. 5. (cf. Brändis Gesch. d. Philos. T. I. p. 508. Not. h.) et propter duos alios locos, Diog. Laert. VIII. 83. Iambl. V. P. 104., immerito Pythagorae auditoribus annumeratur (Grupp. I. c. p. 52 sqq.), commentationem, quam scripsit, Brontino et Leonti dedicasse traditur. Diog. Laert. VIII. 83.: ἦν δὲ (sc. Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης) Πειρίθου υἱός, ὡς αὐτὸς ἐναρχόμενος τῶν συγγράμματός φησιν· Ἀλκμαίων Κροτωνιάτης καὶ ἐλεξε, Πειρίθου υἱός, Βροντίῳ καὶ Λέοντι καὶ Βαθύλλῳ. Cf. Iambl. V. P. 267., ubi item Brontinus cum Leonte Metapontino commemoratur.

64) Nam Leontis aetas definita est a Proclo Lib. II. in Euclid. Lib. I. p. 19. ed. Basil. Πλάτων δὲ ἐπὶ τούτου (sc. Θεοδώρου τοῦ Κυρηναίου) γεόμενος μεγίστην ἐποίησεν ἐλπίδωσιν... ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ Λεωδάμας ὁ Θάσιος ἦν καὶ Ἀρχίτας (sic) ὁ Ταραντίος καὶ Θεαίτητος ὁ Ἀθηναῖος, παρ' ὧν ἐπηυξήθη τὰ θεωρήματα καὶ προήλθεν εἰς ἐπιστημονικώτεραν σύστασιν. Λεωδάμαντος δὲ νεώτερος ὁ Νεοκλείδης καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Λέων, οἱ πολλὰ προσεπόρισαν τοῖς πρὸ αὐτῶν... Εὐδόξος δὲ ὁ Κρίδιος Λέοντος μὲν ὀλίγῳ νεώτερος. In Brontini aetate definienda etiam hoc momentum aliquod facit, quod teste antiquo Epigene libros scripsit (cf. Not. 15. cum Not. 76.) et Thurii, Atheniensium colonia circa Ol. 84. condita, uxorem duxisse traditur. Cf. Not. 72.)

65) Diog. Laert. IX. 43.: ἀλυπτότατα τὸν βίον προήκατο, ὡς φησὶν Ἱππάρχος, ἐνεία πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς (sc. ὁ Δημόκριτος).

66) Hipparch. περὶ εὐθηνίας ap. Stob. Flor. 108, 81.

67) Cf. A. C. van Heusde Diatr. in loc. philos. mor. de Consolat. ap. Graec. p. 22.

68) Aristoxen. ap. Iambl. V. P. 250. Neanth. ap. Porphy. 55. Cic. de Or. III. 34. de Off. I. 44. Corn. Nep. Vit. Epam. 2. Diodor. Exc. p. 556. Wess., Pausan. IX. 13. Diog. Laert. VIII. 7. Aelian. V. H. III. 17. al. Cf. Boeckh. Philol. p. 11. Grauert. de Aesop. p. 27. — Epaminondas natus est Ol. 92, 1. Bentl. Opusc. p. 195.

thagoreorum arcana enuntiasset⁶⁹⁾; et fortasse etiam Onatas Crotoniates et Euryphamus Metapontinus et Theano Pythagorea Thuria, siquidem Onatae Aristoteles iam mentionem fecit⁷⁰⁾ et Euryphamus Metapontinus idem est atque Syracusanus ille, qui Lysidis amicitia usus esse dicitur⁷¹⁾, et Theano Brontini, non Carysi, hominis obscuri, uxor fuit⁷²⁾: adeoque ex omnibus Pythagoreis, quorum fragmenta Gruppius in suspicionem vocavit, praeter Ocellum Lucanum⁷³⁾ et Timaeum Locrum⁷⁴⁾ nemo est, quem constet ante Platonis aetatem floruisse; sed e contrario omnes, qui quando vixerint satis certis testimoniis paulo accuratius definiri potest, aut Platonis fere aequales aut etiam aetate eo inferiores fuisse videntur: et tales tam recentes Pythagoreos non est improbabile a Philolao, tam ultimorum, qui vulgo dicuntur, Pythagoreorum praeceptore⁷⁵⁾, quam primo librorum Pythagoricorum editore⁷⁶⁾, qui ante Socratis obitum floruit et Democriti fere aequalis fuit⁷⁷⁾, iam propius ad

69) Iambl. V. P. 75. Diog. Laert. VIII. 42. al. Cf. A. C. van Heusde Diatr. de Consolat. ap. Gr. p. 19.

70) Diog. Laert. II. 46.: τούτω (sc. τῷ Σωκράτει) τις, καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ ποιητικῆς, ἐφιλονεῖται Ἀντίλοχος Ἀἴμιος καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρα Κύδων καὶ Ὀνάτας (et Diodorus Aspendius et Lyco Tarentinus teste Athen. IV. p. 163. D. et Aristocle ap. Euseb. Pr. ev. XV. 2. Cf. Not. 31. 32.) καὶ Σάγαρις Ὀμήρου ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος.

71) Iambl. V. P. 185.

72) Diogen. Laert. VIII. 42. Suid. v. Θεανῶ. Iambl. V. P. 267. A nonnullis etiam pro Pythagorae uxore eam habitam esse, indidem apparet et Iamblichō teste V. P. 265. Aristaeus viduam uxorem duxit; verum si Thuriis orta fuit (cf. Suid. l. c.), multo post Pythagoram vixerit necesse est; nam Atheniensium illam coloniam circa Ol. 84. a Pericle conditam esse constat. Cf. Not. 63. 64.

73) Archyt. Epist. ap. Diog. Laert. VIII. 80. Sed tamen cf. Not. 51.

74) Plat. Tim. p. 20. A.

75) Aristoxenus (?) ap. Diog. Laert. VIII. 46. Cf. Not. 29.

76) Diog. Laert. VIII. 15. Iambl. V. P. 199. Boeckh. Philol. p. 18. Ceterum etiam Epicharmus, comicus philosophans, qui ante Philolaum floruit et satis multa scripsit, in Pythagoreorum numero habetur. Cf. Diog. Laert. VIII. 78.

77) Plat. Phaedon. p. 61. Apollod. Cyz. ap. Diog. Laert. IX. 38. Boeckh. Philol. p. 5 sqq. Cf. Not. 81.

illustriorem Platonis doctrinam accessisse. Certe Aristoteles et Theophrastus iam philosophos tam Platonis quam Pythagoreorum doctrina initiatos et quidem a Speusippo et Xenocrate, Platoniceis pythagorissantibus diversos nosse videntur ⁷⁸⁾; et Archytas Tarentinus quamquam a Cicerone aliisque scriptoribus recentioribus non solum, ut Eudoxus, discipulus eius ⁷⁹⁾, vulgaribus Pythagoreis annumeratur ⁸⁰⁾ ac Philolai discipulus nominatur ⁸¹⁾, sed etiam, ut Timaeus, Acрио, Eurytus, alii, ipsum Platonem doctrina Pythagorica instituisse traditur ⁸²⁾ et a Philolao quidem, ultimorum Py-

78) Grupp. I. c. p. 72. 75. Cf. Not. 43 — 46.

79) Diog. Laert. VIII. 86.

80) Cic. de Fin. V. 29. de Rep. I. 10. Valer. Max. IV. I. ext. I. VII. 7. ext. 3. Appul. de Dogm. Plat. I. p. 569. Diog. Laert. VIII. 79. al. Nec tamen rariores sunt loci, quibus, ut ab Aristotele, Theophrasto, Eudemo ceterisque ante Ciceronem scriptoribus, qui de eo memorarunt, sine ullo scholae, ad quam pertinuerit, indicio citetur. Cf. Vitruv. de Archit. I. I. VII. praef. 3. Quintilian. I. 10, 17. Aelian. V. H. III. 17. VII. 14. X. 12. XII. 15. XIV. 19. al. Ab Athenodoro ap. Athen. XII. p. 519.: ὁ Ταραντῖνος, πολιτικός ἄμα καὶ φιλόσοφος, a Favorino ap. Gell. N. A. X. 12, 10.: ὁ Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἄμα καὶ μηχανικός, ab Aeliano V. H. XII. 15.: ὁ Ταραντῖνος πολιτικός τε καὶ φιλόσοφος nuncupatur.

81) Apud Ciceronem enim de Orat. III. 34., ubi vulgo legitur: „Philolaum Archytas Tarentinus sc. instituit“, tam quod Philolaus Archyta omnium scriptorum consensu aetate maior fuit, quam ob nexum sermonis, siquidem rerum publicarum rectores, qualis Archytas fuit, enumerantur, qui a philosophis informati sint, ex codice Guelferbyitano vice versa legendum est: „Philolaus Archytam Tarentinum sc. instituit (Grupp. I. c. p. 25.)“. Ac sane Philolaus quamquam aliquamdiu Thebis vixisse traditur (Plat. Phaedon. p. 61. E.), tamen, si etiam Heracleae, Tarentinorum colonia circa Ol. 86, 4. paucis annis ante Platonem natum condita, docuit (Jambl. V. P. 266.) et vitam usque ad Ol. 94. perduxit (Boeckh. Philol. p. 11.), Archytam puerum sive iuvenem instituere potuit. Sed tamen quae de praeceptoribus et discipulis veterum philosophorum tradita reperiuntur, non raro ficta sunt. Sic ratione non verisimili Philolaus traditur etiam Platonem et Epaminondam doctrina Pythagorica instituisse. Diog. Laert. III. 6. Nonn. Collect. et Exposit. Historiar., quarum Greg. Naz. Or. I. in Iulianum meminit, c. 19. Cf. Boeckh. Philol. p. 5. et 12.

82) Cic., Valer. Max., Appul. ll. cc. (Not. 80.). Hieron. Epist. LIII. T. I. p. 268. ed. Vallars. Olympiodor. Vit. Plat. I. c.: μετὰ τοῦτον δὲ

thagoreorum praeceptore, revera non tanto temporis spatio seiunctus est, quin ipse puerili aut iuvenili aetate ab eo informari potuerit ⁸³), in Pythagoreorumque numerum duobus locis, nisi forte alter interpolatus ⁸⁴), alter corruptus est ⁸⁵), ab Aristoxeno iam adscriptus esse videtur, iure tamen non solum id dubitatur, an Platone, quo septuagesimum aetatis annum ingresso Tarenti adhuc summa auctoritate floruit, natu minor fuerit ⁸⁶), sed etiam, an ab aliis iisque satis antiquis et luculentis scriptoribus e genuinorum et vulgarium Pythagoreorum numero exemptus et Platonicis potius, quam Pythagoreis aut certe, ut Eudoxus, Amyclas, Lasthenia, Dion ⁸⁷), modo Pythagoreis modo Platonicis philosophis annumeratus sit. Nam et ab Eratosthene ita memoratur, quasi ad Platonis Academiam pertinuerit ⁸⁸), et Amatorii

πάλιν στέλλεται εἰς Ἰταλίαν (sc. ὁ Πλάτων), καὶ διδασκαλεῖον εἰρῶν ἐκεί-
των Πυθαγορείων συνιστάμενον Ἀρχύταν, πάλιν ἔλαχε διδάσκαλον τὸν Πυ-
θαγόρειον δρόνιμον· ἔνθα καὶ Ἀρχύτου μέμνηται.

83) Cf. Not. 81.

84) Diog. Laert. VIII. 82.: γεγόνασι δ' Ἀρχύται τέτταρες . . . τὸν δὲ Πυθαγορικὸν Ἀριστόξενός φησι „μηδέποτε στρατηγούντα ἤτηθ' ἦναι“.

85) Apud Iamblichum enim De V. P. 250., ubi post narrationem de incendio, ex quo de Pythagoreis apud Milonem congregatis duo tantum, Archippus et Lysis Tarentini salvi evaserint, quorum alter, Archippus, in patriam, Tarentum, redierit, alter aegre ferens, quod domi Pythagorei despicerentur, Thebas se contulerit, haec leguntur Aristoxeni verba: οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Πυθαγορείων ἀπέστησαν τῆς Ἰταλίας πλὴν Ἀρχίτου τοῦ Ταραντίνου, hoc igitur loco pro Ἀρχίτου τοῦ Ταραντίνου ex antecedenti Aristoxeni narratione Ἀρχίππου τοῦ Ταραντίνου restituendum videtur, ut etiam apud Diog. Laert. VIII. 39., ubi narratur: διαφυγεῖν δ' ὀλιγίστους, ὧν ἦν καὶ Ἀρχύτας ὁ Ταραντίνος καὶ Λύσις ὁ προειρημένος, pro Ἀρχύτας haud dubie Ἀρχίππος legendum est. Nam Archippus et Lysis et ab Aristoxeno ap. Iambl. V. P. 249 sqq. et a Neanthe apud Porphyr. V. P. 55. et ab aliis nominantur (cf. Boeckh. Philol. p. 12.) et Archytas aetate minor fuit, quam ut incendii illius tempore vivere potuerit. Cf. Not. 52 sqq.

86) Cf. Not. 59. — 87) Not. 43 — 46.

88) Eratosthen. ap. Eutoc. in Archimed. de Sphaer. et Cyl. II. 2. p. 144. ed. Oxon. Μετὰ χρόνον δὲ τινὰ φασὶν Ἀηλίου ἐπιβαλομένης νόσου, κατὰ χρῆσμον διπλασιάσαι τινὰ τῶν βορῶν ἐπιπαχθέντας ἐμπροσθεῖν εἰς τὸ αὐτὸ ἀπόρημα. διαπεπραμένους (Bernhardius leg.: διοπορησόμενους) δὲ τοὺς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἐν Ἀκαδημία γεωμέτρως, ἀξιῶν αὐ-

sermonis, qui Demosthenis nomine fertur, auctori, non certo illi quidem, sed satis antiquo ⁸⁹⁾ si fidem habemus, initio a suis contentus ⁹⁰⁾ ex eo demum tempore, ex quo ad Platonem se applicavit, apud Tarentinos auctoritate florere coepit ⁹¹⁾; neque ab Aristotele, qui, quamquam vix ullum Pythagoreum nominatim citavit, Archytæ tamen identidem mentionem fecit ⁹²⁾, neque a Theophrastō ⁹³⁾ neque ab Eudemo ⁹⁴⁾

τοῖς εἰρεῖν τὸ ζητοῦμενον· τῶν δὲ φιλοπόνοισ ἐπιδιδόντων ἑαυτοῖς καὶ ζητούντων, δύο δοθεισῶν δύο μέσας λαβεῖν, Αρχύτας μὲν ὁ Ταραντινὸς λέγεται διὰ τῶν ἡμικύβδρων εὐρηκέναι, Εὐδοξος δὲ διὰ τῶν καλουμένων καμπύλων γραμμῶν. Cf. Bernhardii Eratosthenica p. 175 sqq. ac Not. 43.

89) Dionys. Halicarn. de admir. vi dicendi in Demosthene c. 44. Wesseling. ad Herodot. I. 29. Koray ad Isocr. II. p. 40. Orell. ad Isocr. de Antid. p. 248. Westermann. Quaest. Demosthen. II. p. 81.

90) Ut reliqui Pythagorei. Cf. Aristoxen. ap. Iambl. V. P. 250.: τῶν δὲ δύο περισωθέντων, ἀμφοτέρων Ταραντινῶν ὄντων, ὁ μὲν Αρχίππος ἀνεχώρησεν εἰς Τάραντα· ὁ δὲ Λύσις μισήσας τὴν ὀλιγωρίαν ἀπέβη εἰς τὴν Ἑλλάδα. Paulo ante Tarenti triginta quinque Pythagorei combusti sunt seditionis rei, teste Hermippo apud Diog. Laert. VIII. 40. et Dicaearcho ap. Porphy. V. P. 56. Cf. Bentl. Opusc. p. 194. Boeckh. Philol. p. 9. N. 1. Nihilominus Archytas septies vel sexies summus Tarentinorum imperator fuit contra legem a populo creatus. Diog. Laert. VIII. 79. Aelian. V. H. VII. 14. cf. Strab. VI. p. 280. Lorentz de Civit. vet. Tarent. p. 38. 42. Id. de reb. gest. Tarentin. p. 21 sq.

91) Demosthen. Erot. §. 46.: εἰ δὲ δεῖ μὴ παλαιὰ λόγοντας διατρέβειν ἔχοντας ὑπογυσιτέροις παραδείγμασι χρῆσθαι, τοῦτο μὲν Τιμόθεον οὐκ εἰς ὧν νεώτερος ὢν ἐπειήδενσεν, ἀλλ' εἰς ὧν Ἰσοκράτει συνδιατρέψας ἐπραξε, μεγίστης δόξης καὶ πλείστων τιμῶν εὐρήσειε ἀξιώθέντα· ταῦτο δὲ Αρχύταν τὴν Ταραντινῶν πόλιν οὕτω καλῶς καὶ φιλανθρώπως διοικήσαντα καὶ κύριον αὐτῆς καταστάντα, ὥστ' εἰς ἅπαντας τὴν ἐκείνου μνήμην διενεργεῖν· ὃς ἐν ἀρχῇ καταφρονούμενος ἐν τοῦ Πλάτωνι πλησιάζει τσσαῖτην βαβεν ἐπίδοσιν.

92) Aristot. Probl. XVI. 9. Metaph. VIII. 2. Rhet. III. 11. Polit. VIII. 6. Praeterea ad Archytam spectat locus Metaph. XIII. 5. (cf. Theophrast. Metaph. p. 312.) atque etiam in perditis libris Aristoteles Archytæ rationem habuisse videtur. Cf. Not. 18. et Simplic. in phys. Arist. f. 107 sq. (Hartensten. de Archyt. fragm. philos. p. 34. Not. 3.). Contra Philolai semel tantum mentionem fecit, Eth. Eudem. II. 8. (Boeckh. Philol. p. 185.), atque Euryti Metaph. XIII. 5. Paron Pythagoreus, quem Gruppius p. 104. ex Ausc. phys. 13. citat, dubius est: nam legendum videtur παρῶν ὁ Πυθαγόρειος (α παρῆμι). Cf. Simplic. in Arist. phys. f. 178. B.

93) Theophrast. Metaph. 3. p. 312. ed. Brandis.

94) Eudem. apud Eutoc. in Archimed. de Sphaer. et Cyl. II. 2.

neque ab ullo alio veterum ante Ciceronem scriptorum, qui praeter Aristoxenum et auctorem epistolarum Platoniarum de eo memorarunt⁹⁵), in Pythagoreorum numero relatus, sed ab omnibus aut nullo aut Tarentini tantum cognomine insignitus aut summum, si Chamaeleontis Heraeleotae Pontici locus ab Athenaeo servatus ad eum spectat⁹⁶), ut Si-

p. 143. Id. ap. Simpl. in Arist. phys. f. 98. B. 108. A. Eudemi locos a Simplicio citatos Gruppianus p. 116 sqq. nulla alia ratione, nisi quod Archytas ab Eudemo de motus natura melius, quam ipse Plato, iudicasse tradatur, deque infinito nimis argute disputasse videatur, in suspicionem vocavit. Sed non meminisse videtur, Archytam etiam Aristotele teste de motus natura disputasse et sagacissimum (εὐστοχόν) philosophum fuisse. Cf. Aristot. Probl. XVI. 9. Rhet. III. 11. Quo accedit, quod Eudemi Physica, unde Archytae illa de motu et infinito placita haud dubie desumpta fuerunt, a Simplicio saepissime etiam de Parmenide aliisque philosophis citantur, ut f. 10. B. 26. A. 30. A. 93. A. al. cf. Appul. Apolog. p. 463. (95) Callimach. ap. Diog. Laert. VIII. 86. Eratosthen. et Pseudo-Demosten. II. cc. Not. 88. 89. 91. Huc nescio an etiam referendus sit Bion Borysthenites ap. Diog. Laert. IV. 52. et Chamaeleo Heraeleote Ponticus ap. Athen. IV. p. 600. F. Cf. Not. 96. Contra Heraclides Ponticus num Archytae mentionem fecerit (Grupp. p. 46.), non constat, neque Phanium huc referre licet, quem Bernhardius, Suidam v. Αρχύτας emendans, de Archyta loquentem facit. Cf. Not. 41.

96) Athen. XIII. p. 600. F. Αρχύτας δ' ὁ ἁρμονικός (sc. λέγει), ὃς φησι Χαμαιλέον, Ἀλκμῶνα γεγονέναι τῶν ἑθνητικῶν μελῶν ἡγεμόνα καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μελὸς ἀκόλαστον ὄντα κτλ. Quem locum Gruppianus p. 44. et male interpretatus est nec satis idoneis rationibus ad Archytam musicum a Tarentino diversum retulit. Neque enim, ut Gruppianus videtur, Alemanis in lyrico quodam poësis genere praeceptor Archytas Harmonicus a Chamaeleonte h. l. nominatur, sed dixisse duntaxat, ab eo traditur, Alemanem amatoriorum et lascivorum carminum auctorem fuisse; siquidem ex antecedentibus (cf. p. 600. D.) et sponte intelligitur, post Αρχύτας ὁ ἁρμονικός vocem non raro omissam λέγει supplendam esse (cf. Schweighaeus. Animadvers. in Athen. T. VII. p. 263. C. O. Müller Gesch. d. gr. Litt. I. p. 356. N. 3.). Nec probabile est, Archytam Tarentinum, qui et Harmonicorum qui vocantur musicorum doctrinam probasse (cf. Not. 98.) et ipse Harmonicon scripsisse (Nicom. Inst. Arithm. I. 3. p. 30. ed. Ast.) et analogiae harmonicae nomen invenisse traditur (Jambl. in Nicom. p. 141. 159. 163.) et ipso Aristotele teste (de Rep. VIII. 6. cf. Diogenian. Prov. II. 98. Suid. v. Αρχύτας) omniumque scriptorum consensu musicae operam dedit (Vitruv. I. I. Quintil. Inst. Or. I. 10. 17. Plutarch. de Mus. p. 1146. Theo Smyrn. p. 94. ed. Bull.

mus Pythagoreus ⁹⁷⁾, ex musicae doctrinae ratione, quam non solum Pythagorei, sed etiam Plato et alii maxime probarunt ⁹⁸⁾, Harmonicus appellatus reperitur ⁹⁹⁾; et Aristote-

Ptolem. Harm. I. 13 sqq. Porphy. in Ptolem. Harm. p. 267 sqq. Athen. IV. p. 184. E. Boeth. de Mus. III. 11. V. 16-17.), ab Harmonico illo Archyta diversum esse, quamquam a Diogene Laertio VIII. 82. et Hesychio Milesio v. *Αρχύτας*; p. 9. praeter Tarentinum philosophum etiam Archytas quidam musicus Mitylenaeus commemoratur. Nam si Tarentinus Archytas, quod testimoniis satis luculentis probari vidimus, inter harmonicos musicos iam maxime excelluit, Harmonici cognomen profecto non erat idoneum, quo musicus Mitylenaeus, ceteroquin plane obscurus, a musico et harmonico Tarentino tam illustri distingueretur. Quo accedit, quod Chamaeleo non ita multo post Archytam Tarentinum floruit (cf. Boeckh. Praef. ad Pind. p. IX.) atque etiam Cliniae Tarentini Pythagorei, qui, ut Archytas, Platonis familiaris fuit (conf. Not. 60.), in musicis rebus mentionem fecit teste Athenaeo XIV. p. 624. A. Praeterea etiam ab ingenio et indole Archytae non alienum est, quod Alcmanis carmina amatoria repudiasset traditur; nam Aeliano teste V. H. XIV. 19. tam verecundus fuit, ut ne verbum quidem obscenum dicere auderet. Ceterum Chamaeleontis ille locus novo argumento est, Archytae antiquitus iam libros vindicatos esse; nam totus locus sic procedit: *Αρχύτας δὲ ὁ ἁρμονικός, ὃς φησὶ Χαμαλεῶν, Αἰκμᾶνα γεγονέναι τῶν ἑσπερίων μελῶν ἡγεμόνα καὶ ἐκδοῦνα πρῶτον μελὸς ἀκλόστον ὄντα καὶ περὶ τὰς γυναικῶν καὶ τὴν τοιαύτην μοῦσάν εἰς τὰς διατριβὰς διὸ καὶ λέγειν ἐν τινὶ τῶν μελῶν*

Ἔπος μὲ δ' αὐτὲ (Buttm. δεῦτε) Κύπριδος ἔκατι γλυκὺς καρτεβῶν καρδίαν λαίνει.

(Conf. Schweigh. l. c.) A Chamaeonte aut Aristoxeno et ea repetenda videntur, quae Athenaeus IV. p. 184. E. postquam utriusque scriptoris mentionem fecit, de Archytae scripto *περὶ ἀγλῶν* refert.

97) De Simo Harmonico cf. Porphy. V. P. 3. Ab Iamblichō V. P. 267. in Pythagoreorum numero refertur. Sic etiam Aristoxenus philosophus *ὁ μουσικός* nominatur (Athen. XII. p. 545.) et Xenophilus (Lucian. Macr. 18.).

98) Pythagorei in sonorum legibus inveniendis non sensum, ut Organici, sed solam rationem secuti sunt, ut omnes, qui Harmonici vocantur. Cf. Aristoxen. Elem. Harm. I. p. 2. et 37. Plutarch. de Mus. p. 1144. Porphy. in Ptolem. Harm. p. 207 sqq. Bulliald. ad Theon. Smyrn. p. 106. ed. Geld. Harmonicos inter alios etiam Plato maxime probavit Rep. VII. p. 350. E. sqq. et Archytas Tarentinus, quem et Ptolemaeus Harm. I. 13. p. 31. et Porphyrius in Ptolem. p. 313. et Boethius de Mus. V. 16. affirmant sola ratione duce sonorum leges invenire studuisse. Aristoxenus mediam viam inter Harmonicos et Organi-

les quamquam de Pythagoreis in universum peculiari libello disseruit ¹⁰⁰), tamen, si scripsit, quae ipsi a grammaticis Alexandrinis tributae sunt commentationes *Περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας α' β' γ'*, et *Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυταίων α'* ¹⁰¹), de Archyta separatim a Pythagoreis universis exposuit et scripta eius cum Platonis Timaeo contulit ¹⁰²); itemque et ipse Aristoxenus in opere suo praestantissimo *βίου ἀνδρῶν* inscripto ¹⁰³), de Pythagora et Lyside ceterisque Pythagoreis, ut alibi de placitis Pythagoreorum ¹⁰⁴), in universum ¹⁰⁵), de Archyta contra, ut de Socrate, Platone, Teleste, familiari suo, aliis, seorsum exposuisse videtur ¹⁰⁶);

— *ὁμοίως μὲν ἀμφότερα Ἀριστόξενος ὁ Ταραντῖνος* Wallisius Opp. Math. T. III. p. 210. et Hartenstenius de Archytae Tarentini fragm. philos. p. 46. et Gruppianus p. 94. perperam ita mutarunt, ut *Ἀρχύτας* pro *Ἀριστόξενος* legerent. Nam Porphyrī loco p. 208., ad quem Hartenstenius provocat, non de Aristoxeno, sed de nonnullis sectatorum eius sermo est.

99) Harmonici cognomen dictatore, qualis Archytas Tarenti fuit, non indignum est; nam Graeci musicam artem plurimi fecerunt. Cic. Tusc. I. 2, 4. Corn. Nep. praef. et V. Epam. I. Strab. I. p. 16. Quintilian. I. 10, 17. Cf. Aristid. Quintil. de Mus. p. 130. Gaudent. p. I. Plat. de Legg. VII. p. 809. E. 812. C. D. De Rep. III. p. 401. D. Cf. Not. 97.

100) Diog. Laert. V. 25. Iambl. V. P. 31. Stob. Ecl. I. p. 380. al. Cf. Brandis Gesch. d. Phil. T. I. p. 339. aa. — 101) Cf. Not. 21.

102) Alteram commentationem *Τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυταίων* non ad Timaei Locri libellum suppositicium, sed ad Platonis Timaeum spectare, ipsa commentationis inscriptio indicare videtur. Cf. Not. 21.

103) Plutarch. Non posse suav. viv. sec. Epic. p. 1093. cf. Mahne Diatr. de Aristoxeno p. 22.

104) Stob. Flor. 5, 70. 43, 49, 79, 45 — 48. *Ἐκ τῶν Ἀριστοξένου Πυθαγορικῶν ἀποφάσεων.*

105) Diog. Laert. I. 118.: *Ἀριστόξενος δ' ἐν τῷ Πυθαγόρου καὶ τῶν γνωρίμων αἰτίῳ.* Iambl. V. P. 233.: *Ἀριστόξενος ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικοῦ βίου.* Cf. Iambl. l. c. 248 sqq. Porphyr. V. P. 9. 22. Gell. N. A. IV. 11. Diog. Laert. VIII. l. 14. 20. 45. Athen. II. p. 46. F. X. p. 418. F.

106) Athen. XII. p. 545.: *Ἀριστόξενος ὁ μουσικός ἐν τῷ Ἀρχύτα*

et quamquam a Cicerone Archytas ipsius Philolai discipulus nominatur ¹⁰⁷), ab Aristoxeno tamen, a quo, nisi fallimur, repetenda sunt, quae apud Diogenem Laertium de ultimis Pythagoreis leguntur ¹⁰⁸), neque ut Echecrates Phliasius, quo facile natu minor fuerit ¹⁰⁹), in ultimis Pythagoreis, quos a Philolao et Euryto, discipulo eius, institutos esse dicit, relatus est, neque ut Eurytus una cum Philolao ipse eos instituisse traditur; sed e contrario Theophrasto teste Eurytum ob doctrinam Philolaicae non dissimilem valde vituperavit ¹¹⁰), et ipse testibus satis luculentis non solum proprias sententias et definitiones partim Platonicis similes aut etiam subtiliores proposuit ¹¹¹), sed etiam propriam scho-

βλω. Cf. Diog. Laert. VIII. 79. 82. Iambl. V. P. 197. De Socratis, Platonis, Telestae vitis cf. inter alios Cyrill. adv. Iulian. VI. *Ἀριστοξένος* . . . ἀφηγούμενος τὸν βίον Σωκράτους. Diog. Laert. V. 35.: *Ἀριστοξένος ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ*. Apollon. Dyc. Hist. mir. 40.: *Ἀριστοξένος ὁ μουσικὸς ἐν τῷ Τελίστου βίῳ, ὥπερ ἐν Ἰταλλῶ συνεκρίθησεν*.

107) Cic. de Orat. III. 34. Cf. Not. 81. — 108) Diog. Laert. VIII. 46. cf. Not. 29. — 109) Vid. Not. 29 et 55 sqq.

110) Theophrast. Met. 3. p. 312. ed. Brandis.: *Τάχα δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἄρ' ἂν τις κηθῆται τὰ ἐφεξῆς εὐθὺς ἀποδιδόμει καὶ μὴ μέχρι τοῦ προελθόντα παύεσθαι· τοῦτο γὰρ τελείου καὶ φρονοῦντος, ὅπερ Ἀρχύτας ποτ' ἐφη ποιεῖν Εὐρυτόν διατιθέντα τινὰς ψήφους· λέγειν γὰρ ὡς ὅδε μὲν ἀνθρώπου ὁ ἀριθμὸς, ὅδε δὲ ἵππου, ὃδ' ἄλλου τινὸς τυγχάνει*. Cf. Aristot. Metaph. XIII. 5. Grupp. p. 37. Similiter Philolaus diis suum cuique angulum tribuit (Boeckh. Philol. p. 152 sqq. 195.), nec plane dissimilem de numeris doctrinam proposuisse videtur. cf. Boeckh. l. c. p. 158.

111) Aristot. Probl. XVI. 9. Metaph. VIII. 2. Eudem. ap. Simplic. in Aristot. Phys. f. 98. B. 108. A. Aristoxen. ap. Athen. XII. p. 545. Cf. Cic. de Sen. 12. Archytam de motus natura melius, quam Platonem, iudicasse, Eudemus dicit ap. Simplic. in Aristot. Phys. f. 98. B.: *τῶν δὲ τοσοῦτον ἰστέον, ὅτι καὶ Εὐδήμος πρὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἱστορῶν τὴν Πλάτωνος περὶ κινήσεως δόξαν καὶ ἀντιλέγων αὐτῇ, τάδε γράφει· „Πλάτων δὲ τὸ μέγα καὶ μικρὸν καὶ τὸ μὴ ὄν καὶ τὸ ἀνώμαλον καὶ ὅσα τούτοις ἐπὶ ταῦτο φέρει, τὴν κίνησιν λέγει· φαίνεται δὲ ἀνοπον αὐτὸ τοῦτο τὴν κίνησιν λέγειν· παρούσης γὰρ κινήσεως δοκεῖ κινεῖσθαι τὸ ἐν ᾧ, ἀντίσου δὲ ὄντος ἢ ἀνωμάλου προσαναγκάζειν ὅτι κινεῖται, γελοῖον· βέλτιον δὲ αὐτὰ λέγειν ταῦτα, ὅσπερ Ἀρχύτας“. καὶ μετ' ὀλίγον „τὸ δ' ἀριστον“ φησὶ, „καλῶς ἐπὶ τὴν κίνησιν οἱ Πυθαγόρειοι καὶ ὁ Πλάτων ἐπιφέρουσιν“. cf. Not. 94.*

lam ¹¹²) et proprios discipulos ac familiares, Eudoxum Cnidium ¹¹³), Polyarchum ¹¹⁴), Archedemum ¹¹⁵), C. Pontium Samnitum ¹¹⁶), alios ¹¹⁷), partim etiam cum Platone amicitia iunctos habuit et docendi ratione nescio an Socraticos philosophos magis, quam Pythagoreos veteres imitatus sit ¹¹⁸). Quo accedit, quod etiam a recentioribus scriptoribus non raro, cum aliis locis ¹¹⁹), tum iis, quibus aut οἱ περὶ Ἀρχύταν ¹²⁰) aut οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀρχύταν καὶ Πλά-

112) Athen. XII. p. 545.: Ἀριστόξενος δὲ ὁ μουσικὸς ἐν τῷ Ἀρχύταν βίῳ ἀφίησι (Casaub. ἀφικέσθαι φησὶ) παρὰ Διονυσίου τοῦ νεωτέρου πρεσβευτᾶς πρὸς τὴν Ταραντίνων πόλιν, ἐν οἷς εἶναι καὶ Πολύαρχον τὸν ἠδὺπαθῆ ἐπικαλούμενον . . . ὄντα δὲ γινώσκον τῷ Ἀρχύταν καὶ φιλοσοφίας οὐ παντελῶς ἀλλότριον ἀπαντᾶν εἰς τεμένη καὶ συμπειριματεῖν τοῖς περὶ τὸν Ἀρχύταν ἀκροώμενον τῶν λόγων κτλ. Suid. v. Ἀρχύτας· αἶμα δὲ καὶ φιλοσοφίαν ἐκπαδεύων, μαθητῆς τ' ἐνδόξους ἔσχε καὶ βιβλία συνέγραψε πολλά. Cf. Olympiodor. Vit. Plat. Not. 82.

113) Callimach. ap. Diog. Laert. VIII. 86. De aetate Eudoxi cf. Procl. in Euclid. p. 19. (Not. 64.), Ideler, Abhandl. der Berlin. Acad. d. Wissensch. v. J. 1828. p. 189 sqq.

114) Aristoxen. ap. Athen. XII. p. 545. Cf. Aelian. V. H. VIII. 14.

115) Plut. V. Dion. 18. Plat. Ep. VII. p. 339. Ad hunc nescio an Xenocratis libellus Ἀρχεδήμιος ἢ περὶ δικαιοσύνης ἄ inscriptus (Diog. Laert. IV. 13.) spectaverit.

116) Cic. de Sen. 12. De Samnitium cum Tarentinis commercio cf. Lorentz de civit. vet. Tarentin. p. 14. et p. 50.

117) Nuntii aliquot praeterea memorantur Archytæ in Epistolis Platonis et Archyteis, Photidas et Lamiscus (Archyt. ap. Diog. Laert. III. 22.), Philonides et Archippus (Plat. Ep. IX. p. 357.). De Echecrate Tarentino cf. Not. 29.

118) Athen. XII. p. 545. Cic. de Sen. 12. Aristot. Metaph. VIII. 2. Cf. Ritter Gesch. d. Pyth. Philos. p. 66. Not. 2.

119) Theo Smyrn. Arithm. p. 30. ed. Bull. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Πυθαγορικῷ τὸ ἐν φησιν ἀμφοτέρων μετέχει τῆς φύσεως . . . διὸ καὶ ἀμφοτέρων καλεῖσθαι τὸ ἐν. συμφέρεται δὲ τοῖσι καὶ Ἀρχύτας. In Anecd. Gr. ed. Boisson. T. II. p. 472. hoc epigramma legitur:

Τρεῖς σοφίης πολύστοχος ἐκκριτοὶ ἀστέρες οἶοι
ἐνθήμεροι βιβλοῖς ὄλβον ἀπειρέσιον,
Ἀρχύτας ἦρξε, Πλάτων πλατύνει, τέλος δ' ἐπὶ πάντων
ὡς ἔνυχε κληθεὶς θῆκεν Ἀριστοτέλης.

Arnob. adv. Gent. II. 9. Cf. Not. 80.

120) Aristoxen. ap. Athen. XII. p. 545. Plut. Dion. 20. Cf. Plat. Ep. VII. p. 338 sq. 350.

τωνα¹²¹⁾ aut οἱ περὶ Εὐδοξὸν καὶ Ἀρχύταν¹²²⁾ memorantur, e verorum Pythagoreorum numero eximi, et Plutarcho ac septimae epistolae Platonicae auctori si fidem habemus, Platoni non solum iuvenem Tarentinum in disciplinam dedisse¹²³⁾, sed et ipse, ut Dionysius minor¹²⁴⁾ et Dion¹²⁵⁾ Syracusani, institutione eius usus esse videtur¹²⁶⁾. Sed ut a Pythagoreis, a quibus sane haud dubie philosophiae initia percepit¹²⁷⁾, non plane desciverit, omnium tamen scriptorum consensu Platoni tam familiaris fuit et tanti eum fecit¹²⁸⁾, ut iure Pythagoreorum Platoniorum, quales Amyclas et Eudoxus et alii fuerunt, nec solum Aristotelis et Theophrasti, sed etiam Catonis maioris temporibus Tarenti adhuc floruerunt¹²⁹⁾, quasi parens ac princeps haberi et vix dubitari possit, quin ipse plus a Platone didicerit, quam Platonem ab ipso didicisse recentiores Pythagoreorum ac Platonicae industriae praecones affirmant¹³⁰⁾. Nec vero Archytae solum, sed etiam Cliniae¹³¹⁾ et Euryti¹³²⁾ Tarentinorum et Echecratis Locri aliorumque Pythagoreorum¹³³⁾ Plato familiaris fuit, et tantam per totam Siciliam et Italiam famam habuit, ut doctrina eius a Pythagoreis, qui vel Sophistarum¹³⁴⁾ et Democriti¹³⁵⁾ aliorumque philosophorum

121) Plutarch. de Mus. p. 1146. Cf. Iambl. ap. Stob. Ecl. I. p. 878.

122) Theo Smyrn. p. 94. Plutarch. V. Marcell. 14. Quaest. Symp. VIII. 2. — 123) Plat. Epist. IX. p. 358. cf. Not. 29.

124) Plutarch. V. Dion. 11 sqq.

125) Cic. de Or. III. 34. Corn. Nep. V. Dion. 2. Plut. V. Dion. 4. Diog. Laert. III. 46. Aelian. V. H. IV. 21. Cf. Plat. Ep. VII. p. 324 sqq.

126) Plutarch. Vit. Marcell. 14. Quaest. Sympos. VIII. 2. p. 718. Cf. Plat. Ep. IX. p. 358. Cic. de Fin. II. 14.

127) Cic. de Or. III. 34. Valer. Max. IV. 1. ext. 1. cf. Not. 9. et 81. Horat. Carm. I. 28, 14. — 128) V. Not. 52 sqq. 88 sqq. Archytae ac Platonis amicitia in proverbium abiit. Iambl. V. P. 127.

129) Cf. Not. 31. 33 sqq. — 130) V. Not. 82.

131) Aristoxen. ap. Diog. Laert. IX. 40. Cliniae amicus, Amyclas, modo Pythagoreis, modo Platonis discipulis annumeratur. Cf. Not. 44.

132) Diog. Laert. III. 6. Appul. de dogm. Plat. I. p. 569.

133) Cic. de Fin. V. 29. De Rep. I. 10. Valer. Max. VIII. 7. ext. 3.

134) Plutarcho teste De Gen. Socr. 13. Gorgias Leontinus Aesae aliorumque Pythagoreorum familiaris fuit, ac fortasse etiam Philolaus sophistarum doctrinam noverat. Cf. Boeckh. Philol. p. 188.

135) Aristoxen. ap. Diog. Laert. IX. 40.

minus illustrium ¹³⁶⁾ rationem habuerunt, negligi non posset; et Tarenti, celeberrimo Graeciae magnae emporio ¹³⁷⁾, Thuriis, Atheniensium coloniae finitimo, haud dubie plerique philosophi mature iam pernotuerunt. Quodsi Archytæ reliquorumque Pythagoreorum, qui eodem fere tempore vixerunt, fragmenta a Philolai placitis discrepant et Platoniam vel Sophisticam vel Eleaticam vel Democriteam doctrinam redolent, non statim inde sequitur, ut pro suppositiciis habenda sint; sed, nisi forte singularia fraudis indicia accedunt, qualia Timaei Locri libellus de anima mundi et natura ¹³⁸⁾ et pauca quaedam Archytæ aliorumque fragmenta suppeditant, quae ad verbum fere ex Platonis dialogis in Doricam dialectum versa sunt ¹³⁹⁾, ad fidem eorum examinandum ex Gruppii et Hartenstenii argumentis praeter ea, quae ille a Philonis aliorumque Iudaeorum doctrina et dictione petiit, vix aliud quidquam relinquitur, quam Aristotelicae ac Stoicae doctrinae vestigia, quae in nonnullis reperiri dicuntur. Nam quod a Diogene Laertio non commemorantur ¹⁴⁰⁾, sed maximam partem a Stobaeo aut recentioribus etiam scriptoribus servata ¹⁴¹⁾ et minus eleganter aut ingeniose scripta sunt ¹⁴²⁾, parum momenti habet, siquidem etiam Philolai et Melissi aliorumque philosophorum reliquiae, quarum fidem nemo amplius in suspensionem vocabit, maximam partem a Stobaeo aut Simplicio proferuntur ¹⁴³⁾, et Diogenes Laertius non plus auctoritatis habet, quam Epigenes, Varro, Vitruvius, Philo, Theo Smyrnaeus, Claudius Ptolemaeus, Nicomachus, alii, qui aut Archytæ Tarentino aut Brontino Metapontino aut Ocello Lucano iam libros tribuerunt aut fragmenta inde servarunt ¹⁴⁴⁾, sed e contra-

136) Diog. Laert. IX. 20. 21. — 137) Polyb. X. 1, 1.

138) Cf. Tennemann System d. Platon. Philos. T. I. p. 93 sqq.

139) Archyt. et Brontin. ap. Iambl. in Villosis. Anecd. Gr. T. II. p. 199 sqq. Pempel. ap. Stob. Flor. 79, 52. Cf. Plat. de Rep. VI. p. 509 — 511.; de Legg. XI. p. 930 sqq. Hartensten. De Archytæ Tarent. fragm. philos. p. 21.

140) Grupp. p. 31. — 141) Benth. Opusc. p. 366. ed. Lips.

142) Grupp. p. 23. 100. 127 sqq. — 143) Cf. Boeckh. Philol. p. 199 sq. Brandis Gesch. d. Philos. I. p. 398 sqq.

144) V. Not. 8 sqq. Diogenem Laertium Demetrii Magnetis auctoritate motum in Archytæ Tarentini vita VIII. 79 — 83. de libris, quos

rio cum ceteros plerosque philosophos tum Pythagoreos negligenter tractavit¹⁴⁵), nec raro scripta philosophorum in vitis eorum commemorare misit¹⁴⁶) et quamquam nullius loci, qui ex dubiis Pythagoreorum fragmentis petitus sit, mentionem fecit, tamen et Hipparchi libellum de Tranquillitate¹⁴⁷) nosse videtur et Aristotelis Archytea *Τὰ ἐξ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείου*¹⁴⁸), quae nescio an partim ex Archytae libro de rerum natura¹⁴⁹) excerpta fue-

scripserit, reticuisse, quae Gruppium fuit sententia (l. c. p. 32.), incertum est. Quamquam enim VIII. 82., ubi plures Archytae enumerantur, Demetrii Magnetis libellum *περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων* ante oculos habuisse videtur (cf. I. 112. V. 3. VIII. 84. 85.), tam negligens tamen fuit scriptor, ut gravissimum de Archytae libris locum omittere facile potuerit (cf. Not. 146 sq.). Ceterum, nisi fallimur, ante Demetrium iam fuerunt, qui Archytae Tarentino liberos tribuerent (cf. Not. 7 sqq. 19. 96.), et ipse Demetrius quamquam libellum suum critico consilio scripsit (Boeckh. Philol. p. 22. cf. Diog. Laert. I. 112. II. 57.), incuriae tamen incusatur a Dionysio Halicarnassensi Dinarch. cap. 1.

145) Meiners Gesch. d. Urspr., Fortgangs u. Verf. d. Wissensch. in Griechenl. u. Rom. T. I. p. 256. al.

146) Sic, ut alia exempla mittamus, neque Melissi neque Leucippi scripta refert, ubi vitas eorum narrat (IX. 24. IX. 30 — 34.), quamquam dubitari non potest, quin revera libros scripserint, id quod ipse indicat Prooem. 16. et IX. 46. Cf. Brandis Gesch. d. Philos. T. I. p. 296. 398.

147) Diog. Laert. IX. 43. cf. Not. 65 — 67.

148) Diog. Laert. V. 25. cf. Not. 18 — 21.

149) Claudian. Mamert. de Stat. An. II. 7. p. 127.: „Archytas perinde Tarentinus idemque Pythagoricus (sc. ut Philolaus) in eo opere, quod magnificum de rerum natura prodidit, post multam de numeris subtilissimamque disputationem: Anima, inquit, ad exemplum unius composita est, quae sic illocaliter dominatur in corpore, sicut unus in numeris.“ Graece opus illud, cuius, nisi fallimur, eadem ratio fuit atque Philolaici, in quo primum de mundo in universum *περὶ κόσμου*, deinde numerorum doctrina adhibita de rerum natura, *περὶ φύσεως*, et postremo de anima expositum fuisse Boeckhio videtur (cf. Boeckh. Philol. p. 26. 28. 136. 163.), haud dubie, ut Anaximandri, Heracliti Ephesii, Anaxagorae et plerorumque aliorum ante Platonem philosophorum opuscula (cf. Galen. in Hippocrat. de Elem. I. 9. de Nat. Hom. Prooem. T. XV. p. 5. ed. Kühn., Xenoph. Mem. I. 1, 11.), aut *περὶ φύσεως* aut *περὶ παντός* aut *περὶ ὄλου* inscriptum, sed manifesto ab alio, quod sub Archytae nomine fertur et modo *περὶ παντός* (Simplic. in Aristot. Categ. f. 2. B. Id. in Arist. Phys. p. 16. a.), modo *περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν* (Simpl. in Categ. f. 140. a.), modo *περὶ τῶν καθόλου λόγων* (Id. ibid.

rint ¹⁵⁰), nec ullam Pythagoreorum, quibus quae adhuc exstant fragmenta inscripta sunt, inter illos philosophos numeravit, qui nihil scripserint ¹⁵¹); ad scribendique genus quod atti-

f. 6. 8. Boeth. in Aristot. Praedic. I. p. 114.), modo *περὶ τῶν καθολικῶν λέξεων* (Dexipp. in Aristot. Categ. p. 43. b. ed. Acad. Bor.), modo *περὶ γενῶν* (Simpl. in Cat. f. 141. b.), modo *πρὸ τῶν τόπων* (David. in Aristot. Cat. p. 30. a. ed. Acad. Bor., Anonym. ibid. p. 32. b.) inscriptum reperitur, opusculo diversum fuit: nam hoc libello non de rerum natura, numeris, anima, sed de decem praedicamentis sermo fuit neque dubitari potest, quin per errorem *περὶ παντός* inscriptus fuerit, siquidem τοῦ παντός nomine ab omnibus scriptoribus rerum natura seu universum significatur (cf. Plat. Tim. p. 28. c. 30. b. al. Aristot. Metaph. I. 5. Philol. ap. Stob. Ecl. I. p. 488. 453. Boeckh. Philol. p. 94. 96. 114. Diog. Laert. IX. 5.). Sed nescio an Archytae de rerum natura commentatio etiam *περὶ δεκάδος* inscripta ideoque cum libello *περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν* confusa fuerit; nam denario numero Pythagorei τὸ πᾶν καὶ ὅλον significarunt (Aristot. Probl. XV. 3. Iambl. in Nicom. Arithm. p. 167. Philol. ap. Stob. Ecl. I. p. 8. Boeckh. p. 139.) et Archytae *περὶ δεκάδος* libellus a Theone Smyrnaeo una cum Philolai opusculo *περὶ φύσεως* commemoratur De Mus. c. 49. p. 166.: ἡ μέντοι δεκάς πάντα περιλαμβάνει τὸν ἀριθμὸν, ἐμπεριέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς αὐτῆς, ἀρίστου τε καὶ περιττοῦ, κινουμένου τε καὶ ἀκινήτου, ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ. *περὶ ἧς καὶ Ἀρχύτας ἐν τῷ περὶ δεκάδος καὶ Φιλόλαος ἐν τῷ περὶ φύσεως πολλὰ διεξέτασαν.* Cf. Boeckh. Philol. p. 146. Ceterum Archytam rerum naturalium investigatorem fuisse, comprobatur etiam testimoniis Aristot. Probl. XVI. 9. Cic. de Amic. 23. Vitruv. I. 1. Horat. Carm. I. 28. Plutarch. de Mus. p. 1146., et magnificum illud de rerum natura opus, cuius Claudianus Mamertus mentionem facit, fortasse etiam Valerius Maximus ante oculos habuit, qui Archytam Tarentinum Pythagorae praeceptis Metaponti penitus immersum magno labore longoque tempore solidum opus doctrinae complexum esse dicit. V. Not. 9.

150) Nam cum Archytea ab Aristotele una cum Platonis Timaeo excerpta fuerint (Cf. Not. 21.), vix dubitari potest, quin Archyteorum idem fuerit argumentum atque Timaei dialogi, qui est de rerum natura ideoque etiam *περὶ φύσεως* (Diog. Laert. III. 60.) atque in versione Ciceroniana De Universo inscribitur.

151) Diog. Laert. Prooem. 16. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν (sc. τῶν φιλοσόφων) κατέλιπον ὑπομνήματα, οἱ δὲ ὅλοις οὐ συνέγραψαν, ὥσπερ κατὰ τινὰς Σωκράτης, Στίλπων, Φίλιππος, Μενέδημος, Πύρρων, Θεόδωρος, Καρνεάδης, Βρύσσων (cf. Not. 51.)· κατὰ τινὰς Πυθαγόρας, Ἀρίστην ὁ Χίος, πλὴν ἐπιστολῶν ὀλίγων· οἱ δὲ ἀνὰ ἐν συγγραψαντες Μελίσσος, Παρμενίδης, Ἀναξαγόρας· πολλὰ δὲ Ζήνων, πλείω Ξενοφάνης, πλείω Δημόκριτος, πλείω Ἀριστοτέλης, πλείω Ἐπίκουρος, πλείω Χρῆσιππος.

net, Dores in univcrsum ab Attica urbanitate alieni et, nisi fallimur, plerique Pythagoreorum, qui post Philolaum et Archytam vixerunt, homines infimae sortis et parum eruditi fuerunt¹⁵²). Propter Aristotelicae autem doctrinae vestigia quamquam revera nonnulla fragmentorum, ut Archytae praedicamenta¹⁵³), manifesto e genuinis eximenda sunt, tamen neque sequitur, ut Philonis Iudaei temporibus a viro non Doriensi, sed Iudaeo Alexandrino veteris doctrinae Pythagoricae plane ignaro et fraude supposita sint; — nam mature iam scripta Pythagoreis subdita exstiterunt¹⁵⁴) et ipsi veteres Pythagorei non raro libros suos Pythagorae aliorumque virorum illustrium nominibus ornarunt¹⁵⁵), Archytaeque, cuius sub nomine plurima fragmentorum feruntur, vel ob solennes codicum veterum inscriptiones: ἀρχὴ τοῦ βιβλίου, ἀρχεται ἢ βιβλος¹⁵⁶), facile per errorem librorum libri supponi potuerunt; — neque colligere licet, etiam cetera Pythagoreorum veterum fragmenta, quae neque Aristotelicam nec Stoicam doctrinam redolent aut certe redolere Gruppio non satis idoneis rationibus visa sunt¹⁵⁷),

152) Alexis, Aristophon, Arcestratus, alii ap. Athen. IV. p. 161. 163. D. VI. p. 228. C. Diog. Laert. VIII. 38. Cf. Iambl. V. P. 199. 250.

153) Cf. Hartensten. De Archytae Tarent. fragm. philos. p. 73 sqq.

154) Neanth. ap. Diog. Laert. VIII. 55. Porphy. V. P. 53.

155) Iambl. V. P. 139. 158. 198. Diog. Laert. VIII. 7. 55. Epigen. ap. Clem. Al. Strom. I. p. 397. Porphy. V. P. 53. Lobeck. Aglaoph. p. 358 sq. cf. Not. 15.

156) In omnium fere codicum mss. initis et finibus etiamnum reperiuntur formulae: Incipit liber, explicit. A simili formula non raro ipsa carmina et commentationes veteres incipiunt, ut Hesiod. Theog. I.: Μουσῶν Ἐλικωνιάδων ἀρχόμεθ' αἰεΐειν. Arat. Phaen. Vs. 1. Ἐκ Αἰὸς ἀρχόμεσθα. Ion. ap. Harpocrat. v. Ἴων; Ἀρχὴ ἦδε μοι τοῦ λόγου. cf. Lobeck. Aglaoph. p. 722. c. Lennep. ad Epist. Phalar. p. 69.

157) Huc pertinet e. g. Archytae fragmentum, quod exstat apud Stob. Ecl. I. p. 12.: καὶ δοκεῖ ἃ λογιστικὰ ποτὶ τὰν ἄλλαν σοφίαν τὰν μὲν ἄλλαν τεχνᾶν καὶ πολλὰ (Jacobs. κατὰ πολλὸν) διαφέρειν; ἀτὰρ καὶ τὰς γεωμετρικὰς ἐναργεστέρῳ πραγματεύεσθαι, ἃ θέλει. καὶ ἃ ἐλείπει γὰρ ἃ γεωμετρία καὶ ἀποδείξεις, ἃ λογιστικὰ ἐπιτελεῖ κτλ. Neque enim logicum est fragmentum, quod Hartenstenio p. 70. et Gruppio p. 21. 96. videtur, sed quod Stobaeus iam indicat, a quo s. t. περὶ ἀριθμητικῆς refertur, mathematicum; nam ἢ λογιστικὴ non idem valet atque ἢ λογικὴ

subditicia esse; nam partim viris inscripta sunt, qui testimoniis satis antiquis et luculentis libros scripserunt ¹⁵⁸), nec verisimile est, inter libros Pythagoricos, quos Iuba, Numidiae rex, collegisse traditur ¹⁵⁹), nullum fuisse, qui veri auctoris nomen in fronte haberet. Quare nisi forte Iudaicae doctrinae vestigia, quae in fragmentis reperiri dicuntur, minus dubia sunt, quam videntur, aut novis argumentis fides eorum impugnari potest, iure dubitatur, an magna pars fragmentorum, nec solum eorum, quae incertis philosophis inscripta sunt, sed etiam eorum, quae Archytae, Cliniae, aliorum veterum Pythagoreorum nomina prae se ferunt, a suppositiciis eximenda et, si non verae Pythagoricae, at certe eclecticae, ut ita dicam, philosophiae, quae Archytae temporibus in Italia invaluisse videtur, et Doricae dialecti, qua Archimedis certe temporibus nondum desiti sunt libri componi ¹⁶⁰), genuina sint monumenta. Nam „cuique scriptori, etiamsi negligens sit et auctoritate non ita dignus, fidem habeamus oportet, si nihil omnino ei repugnat“. His talibus rationibus moti non supervacaneum negotium suscepturi nobis videbamur, si quaestionem a Gruppio tractatam denuo retractaremus. Sed cum latius pateat hoc argumentum, quam quod iterata fragmentorum et testimoniorum collectione nimis retardati subsecivis, quae nobis suppetebant, horis uno impetu absolvere valuerimus, singulares partes singularibus commentariis illustrare instituimus. Et proxime quidem, quod Gruppium efficere studuit, fragmenta illa Philolaicis exceptis ad unum omnia Philonis Iudaei temporibus a Iudaeo Alexandrino supposita esse, in disceptationem vocandum nobis videtur. Nam vere si res ita se haberet, vix digna essent, in quibus illustrandis amplius quisquam versaretur.

quam Stoici appellarunt, sed computandi artem significat a Platone iam saepius commemoratam. Cf. Plat. Gorg. 450. D. 451. B. De Rep. VIII. p. 525. A. al. Theo Smyrn. Math. p. 6. ed. Bull. Torelli praefat. in Archimed. p. XX. ed. Oxon.

158) Cf. Not. 7. sqq.

159) David. in Aristot. Categ. p. 28. V. Not. 6.

160) Cf. Torellii Praefat. in Archimed. Opp. p. XV. ed. Oxon.

EPIMETRUM

ad Not. I.

Collegit Orellius l. c. praeter Anonymi Quaestiones ethicas plurima Archytae et Hippodami Thurii, Euryphami Metapontini, Hipparchi, Theagis, Metopi, Cliniae, Critonis vel Damassippi, Poli Lucani, Dii, Brysonis, Callieratidae, Pempeli, Perictiones, Phintyos fragmenta; sed omisit, ut Timaei Locri, Ocelli Lucani, Pythagorae, quae feruntur, reliquias, et Neo-Pythagoreos una cum Alcmaeone, Pythagoreo dubio (v. Brandis Gesch. d. Philos. I. p. 507. cf. Unna ap. Petersen. Philol.-hist. Stud. I. p. 41 sqq.), et Zarata, quem Gruppianus p. 118. ob Plutarchi locum De anim. generat. I. p. 1012. pro Pythagoreo habuisse videtur, sed ipse Plutarchus l. c. Pythagorae praeceptorem, *διδάσκαλον*, fuisse dicit et alii cum Zoroastro contulerunt (v. Fabric. B. Gr. I. p. 305. Harl. cf. Appul. Flor. II. 15. Porphy. V. P. 12. Clem. Al. Strom. I. p. 357. Lobeck. Aglaoph. p. 477. 931.), mittamus, praeter Philolai fragmenta, quae Boeckhii V. Ill. collegit (cf. Krische de Societ. Pythag. p. 50. Lobeck. Aglaoph. I. p. 716. Damascius ed. Kopp. p. 133. 147. Procl. ed. Cousin. T. IV. p. 39.):

1) Archippi et Lysidis Tarentinorum sentent. ap. Hieron. c. Ruf. III. 39. T. II. p. 565. ed. Vallars., Athenag. Legat. p. Christ. 6. p. 25. ed. Oxon. (cf. Porphy. V. P. 57. Claudian. Mamert. de Stat. An. II. 7. Diog. Laert. VIII. 7. Schol. Plat. p. 420. Bekk.). De Lysidis epistola (Diog. Laert. VIII. 42. Iambl. V. P. 75. al.) cf. Orell. Socrat. et Pythagoreorum Epist. Lips. 1815. p. 52.

2) Aresae Lucani fr. *περὶ ἀνθρώπου φύσεως* ap. Stob. Ecl. I. p. 846.; Cf. Not. 62. Ritter Gesch. d. Pyth. Philos. p. 70.

3) Aristaeonis fr. *περὶ ἀρμοῦσις* ap. Stob. l. c. p. 428. cf. Aristaeus ap. Claudian. Mamert. de Stat. An. II. 7. Theol. arithm. p. 41. Ritter l. c. p. 60. Not. 3.

4) Athamantis fr. ap. Clem. Al. Strom. VI. p. 746. Pott.

5) Brontini Metapontini fr. ap. Syrian. et Alexandr. in Aristot. Metaph. p. 325, 13. et p. 339, 24. 32. ed. Brandis., et ap. Iambl. in Villois. Anecd. T. II. p. 198. Schol. Plat. p. 411. ed. Bekk. cf. Not. 15.

6) Butheri Cyziceni fr. *περὶ ἀριθμῶν* ap. Stob. Ecl. p. 12.

7) Cliniae Tarentini fr. ap. Syrian. in Aristot. Metaph. p. 326, 31. ed. Brandis., Theolog. Arithm. 4. p. 19. ed. Ast.

8) Diodori Aspendii fr. ap. Theodoret. in Samuel. I. Quaest. 6. (?) cf. Fabric. Bibl. Gr. I. p. 842. Harl. Claudian. de Stat. An. II. 7.

9) Diotogenis fr. *περὶ οὐσιότητος* ap. Stob. Flor. 5, 69. 43, 95. 130. Ecl. I. p. 220.; *περὶ βασιλείας* ap. Stob. Flor. 48, 61. 62.

10) Eephanti Syracusani fr. *περὶ βασιλείας* ap. Stob. Flor. 47, 22. 48, 64—66., et alia quaedam ap. Stob. Ecl. I. p. 308. Plut. Plac.

philos. III. 13. (cf. Diophanti Syracusani fr. ap. Theodoret. Therap. IV. p. 795., Euphanti fr. ap. Porphy. de Abstin. IV. p. 379.)

11) Eromenis (Eurymedontis? cf. Iambl. V. P. 267.) Tarentini fr. ap. Claudian; Mamert. de Stat. An. II. 7.

12) Eubulidis fr. ap. Boeth. de Mus. II. 18. Theol. arithm. p. 40.

13) Eurysi fr. *περὶ νίκης* ap. Stob. Ecl. I. p. 210. et ap. Clem. Al. Strom. V. p. 662.

14) Euryti fr. et sentent. ap. Aristot. Metaph. XIV. 5. Theophr. Met. 3. p. 312. ed. Brandis. Syrian. in Aristot. Metaph. p. 342, 10. 20. 32. ed. Brandis.

15) Euxitheï fr. ap. Athen. IV. p. 157. Cf. Boeckh. Philol. p. 180.

16) Hicetae Syracusani sentent. apud Diog. Laert. VIII. 85. Cic. Acad. II. 39. Plutarch. Plac. phil. III. 9. al. Cf. Brandis l. c. p. 479. Grupp. p. 65.

17) Hippasi fr. et sentent. apud Boeth. de Mus. II. 18. Diog. Laert. VIII. 84. Aristot. Metaph. I. 3. Euseb. Praep. ev. XIV. 14. Plat. plac. phil. I. 3. 23. Sext. Emp. Pyrrhon. Hypot. III. 30., adv. Math. IX. 360. X. 313. Stob. Ecl. I. p. 304. 362. Simplic. in Aristot. Phys. f. 104. b., Syrian. in Metaph. p. 304, 4 p. 313, 5. ed. Brandis., Tertullian. de An. 5. Theodoret. Serm. II. p. 486. IV. p. 529. V. p. 545. ed. Lut. Paris., Theon. Smyrn. c. 12. p. 91. ed. Bulliald., Iambl. in Nicom. Arithm. p. 11. ed. Tennul., Coel. Aurelian., Galen. al. (cf. Bergk De Reliq. Com. Att. antiq. p. 178.).

18) Lysidis Tarentini sentent. γ. Archipp. N. 1.

19) Megilli fr. Theol. arithm. p. 27.

20) Onatae fr. *περὶ θεοῦ καὶ θείου* ap. Stob. Ecl. I. p. 92. 50.

21) Prori Cyrenaici fr. Theol. arithm. p. 43.

22) Sthenidae Locri fr. *περὶ βασιλείας* ap. Stob. Flor. 48, 63.

23) Theanus fr. et sent. ap. Stob. Ecl. I. p. 302. Flor. 74, 32. 53, 55. Clem. Al. Strom. IV. p. 583. et p. 619. Diog. Laert. VIII. 43.

Plat. Coniug. praec. 31. al. Vid. Menag. Histor. mulier. philos. in Comment. ad Diog. Laert. T. II. p. 621 sqq. ed. Huebner. De epistolis Theanus cf. Orell. l. c. p. 55.

24) Anonymorum fragmm. —

Ceterum nonnulla fragmentorum illorum Galeus iam recepit in Opusc. myth., phys., eth. p. 735 sqq. De Pythagoreorum, quae feruntur, epistolis cf. Socratis et Socraticorum, Pythagorae et Pythagoreorum Epistolae ed. Orell. Lips. 1815. et Opusc. Gr. velt. sent. et mor. T. II. p. 260.

Archytae Tarentini fragmenta philosophica post Orellium plenius collegit Hartenstenius De Archytae Tarentini fragm. philos. Lips. 1833.; sed desiderantur etiam nunc

a) inter mathematica fragmenta praeter Eudemi locum ap. Eutoc. in Archimed. de Sphaer. et Cyl. II. 2. p. 143. (Grupp. p. 46. 119.),

Boeth. Geometr. I. p. 1516. II. p. 1523. 1526. 1535. (cf. Boeckh. in Indic. Lect. 1841. aestiv. p. VI. Not. 7. et p. X.), Anatol. Alexandr. ms. ap. Fabric. Bibl. Gr. III. 8. Vol. III. p. 463. ed. Harl.;

b) inter musica fr. Ptolem. Harm. I. 13. p. 31. I. 14. p. 33. II. 14. p. 89., Porphyr. in Ptolem. Harm. p. 267. 269. 277. 280. 310. 313. 315. 317., quamquam haec partim Hartenstenius indicavit; porro Boeth. de Mus. III. 11. p. 1428. V. 16. p. 1479. V. 17. p. 1450. Plutarch. de Mus. p. 1146.

c) inter logica fragmenta praeter plures Simplicii locos, quos Eggersius De Archytae Tarentini Vita, Opp. et Philosophia, Paris. 1833. p. 29 sqq. indicavit, Dexipp. in Aristot. Categ. p. 43. 35. David. in Aristot. Cat. p. 60. 43. p. 75. 36. ed. Acad. Bor., Tzetz. in Hesiod. Opp. et Dies 329. (cf. Anonymi Proleg. in Aristot. Cat. p. 32, 38. David. l. c. p. 30. 7. p. 56. 42. Syrian. et Sopatr. Schol. in Hermog. Vol. IV. p. 297. ed. Walz.); ac praeterea

d) Porphyrii locus Schol. in Plat. p. 438. ed. Bekk., Schol. Plat. p. 411. (cf. Grupp. p. 121.), Censorin. De die nat. 4., Arnob. adv. Gent. II. 9. et dubius locus Chamaeleontis ap. Athen. XIII. p. 600. F., de quo p. 19. Not. 96. disputavimus.

Reliqua, quae in Hartenstenii collectione desiderantur Archytae fragmenta, apud Orellium reperiuntur. Ceterum ab hoc Tarentino Archyta philosopho distinguendus est Amphissensis poeta cognominis, qui epigrammata scripsit teste Plutarcho Qu. Gr. 15. p. 294. Stob. Flor. 95. 15. Diog. Laert. VIII. 82. Athen. III. p. 82. A. (cf. Meinecke Analect. Alexandr. p. 353. sqq.) et post Eratosthenem vixit (cf. Plutarch. ap. Stob. Flor. 95, 15.). Praeterea plures alii Archytae memorantur, ut Archytas ephorus Lacedaemonius ap. Xenophont. Hist. Gr. II. 1, 10 (7). II. 3, 10 (7); Archytas musicus Mitylenaeus ap. Diog. Laert. VIII. 82. Hesyeh. Miles. v. *Ἀρχύτας*, de quo supra diximus (Not. 96.); Archytas de re rustica scriptor ap. Diog. Laert. VIII. 82. (cf. Not. 10.); Archytas architectus ap. Diog. Laert. VIII. 82.; Archytas lurco (*ὀψοφάγος*) ap. Athen. I. 9. p. 5. XII. p. 516. C. Suid. v. *Τυμαχίδας* et v. *ὀψοφάγος*. Plutarch. De vit. occult. 2.; Archytas, Horopis Babylonii pater, ap. Propert. V. (IV.) 1, 77. ed. Lachmann. De Archyta Tarentino maiori et minori (Appul. de Dogm. Plat. I. p. 569., Anonym. V. P. p. 102. ed. Kiessl., Iambl. V. P. 204. Eunap. p. 109. ed. Boisson.) cf. Bentl. Opusc. p. 201. Hartensten. p. 4. Not. 14.; de Archyta Peripatetico (Themist. ap. Boeth. in Aristot. Praedic. I. p. 114.) cf. Grupp. p. 12. Hartensten. p. 81. Not. 6.

EPIMETRUM II.

ad not. 58. cf. praefat.

DE HORATII IN ARCHYTAM PYTHAGOREUM CARMINE I. 28

Carminis Hor. I. 28. interpretatio ex hac potissimum quaestione pendet, quid significant *pulveris exigui parva munera*, quibus Archytam, quisquis est qui ipsum in carminis exordio mortuum alloquitur, *prope littus Matinum cohiberi* dicit. Interpretum magna est dissensio, sed poetae non est culpa. Principio enim indicis satis luculentis pulveris exigui parva munera non significant terrae spatium quod Archytae corpus, e mari casu in littus eiectum, occupaverit, sed pulveris dona seu pulveris haustus, quibus Archytas aut sepultus aut sepeliendus sit. Nam spatium, a nemine Archytae datum, munus i. e. donum s. officium (Carm. IV. 2, 20. 9, 48. 15, 26. al.) dici non poterat, neque de uno munere, sed de pluribus et pulveris quidem seu terrae levis et solutae muneribus sermo est; defunctis autem sepeliendis plures pulveris haustus et nunc iniiciuntur et olim iniiciebantur (cf. vs. 36.), iique, quod animis certe prodesse et divinitus postulari credebantur (cf. Virg. Aen. VI. 365. sqq. 885. XI. 25. Soph. Ant. 25.), vere et dona et officia erant et sollemniter, ubi de mortuis sermo est, munera aut munera suprema s. postrema vocantur (cf. Virg. Aen. XI. 25. Catull. 101, 8. Ovid. Met. XIII. 525. Val. Flacc. III. 312. V. 13.). Tum vero non datis, sed *dandis* pulveris muneribus Archytas prope littus Mat. cohiberi dicitur. Nam datis muneribus, i. e. sepulcro, nihil nisi forte corpus eius cohiberi poterat; *cohiberi* autem dici non solent nisi quae resistere valent aut resistere nituntur (cf. Hor. Carm. III. 4, 80. II. 20, 8. III. 14, 22. IV. 6, 34. Sat. II. 4, 14. Epist. II. 1, 255. Ovid. Met. XIV. 224.), adeoque corpus exanime, pondus iners et viribus carens cohiberi muneribus satis bene dici non potest; *dandis* autem muneribus seu desiderio munerum nondum acceptorum ex vulgi opinione *animum* defuncti hominis cohiberi et quidem prope corpus citra orcum cohiberi necesse erat, donec ter saltem (cf. vs. 36.) iniecti pulveris donum acciperet (Virg. Aen. VI. 365. sqq. Ovid. Met. IV. 435. Hom. II. 7. Achill. Tat. p. 116. ed. Jacobs). Et de *animo* quidem Archytae, ut vs. 5, ubi aeras domos tentasse animoque rotundum polum percurrisse dicitur, ita etiam statim ab initio carminis cogitandum est; nam mare, terram, arenam non corpore, sed animo emensus erat et ipse mentor post suum ex hac vita discessum per allocutionem compellatur. Quo accedit quod per totum carmen de animis seu in coelo seu in orco versantibus sermo est. *Animum* vero muneribus nondum datis cohiberi dici, non est quod mireris. Nam datis muneribus ex vulgi opinione solvebatur, non cohibebatur animus, et omnino animi ea est natura, ut teneatur etiam rebus nondum acceptis (Hor. Epist. I. 7, 18);

ac negotiis quae nondum suscepit (Caes. B. G. VII, 1.); nam cogitatione res anticipat. Quare locutionibus, quales sunt: „negotium (nondum susceptum) me in urbe retinet,“ „donum (exspectatum, sed nondum acceptum) mihi somnum aufert“ nihil est rectius et facilius ad intelligendum. Praeterea datum iam sepulcrum plenum, quaecumque fuerit, in carmine, e quo vel minimam pulveris particulam magnum fuisse donum intelligitur (cf. vs. 23. sqq.); parum probabile est *parvum exiguumque* munus dici; sed *dandum* munus pro operae adhibendae facilitate (vs. 35. sq.) satis commode parvum exiguumque dici poterat. Haud dubie igitur pulveris exigui parva munera, quibus Archytas prope litus M. cohiberi dicitur, sepulcralia sunt munera Archytae nondum impertita, sed tamen necessaria et desiderata, et quisquis est qui Archytam in carminis initio alloquitur, *umbram Archytae nondum sepulti alloquitur*, necessitudinis qua prope litus M. cohibeatur non ignarus.

Iam vero non est, quod supplex ille, qui in fine carminis vs. 23. sqq. naufragus a nauta quem appellat, sepulturam sibi precatur, alius atque Archytas esse putetur ante compellatus, nec solum nihil obstat, quin Archytae aequiparetur, sed ne potest quidem alius substitui, quin carmen evadat poeta, qui nil molitur inepte, plane indignum. Nam duas umbras discurrere sepultura indigentes neque tamen nisi unam eamque incognitam sibi sepulcrum et quidem iuxta Archytae nondum sepulti umbram sibi soli precari, et medio in sermone eius, tanquam in dramate, nautam prodire abire nihil loquentem, a lyrico et quovis alio carmine alienum est. Poetam vero, allocutione ad Archytam habita, sibi ipsi tanquam mortuo sepulturam precari, Archytae inhumati, conspecto nauta, plane immemorem, quis credat? Quo accedit quod supplex ille inter precandum vs. 29. Tarenti memor est, Archytas autem Tarentinus fuit. Haud dubie igitur naufragus ille de sepultura sua tam sollicitus, ut Scholiastae affirmant et aliunde etiam conicere licet (cf. not. 58.), Archytas est. Iam vero parum probabile videtur, Archytam in carminis initio ab alio viro compellari, quam ab eo, quem vs. 23. sqq. tam enixe sepulturam rogat. Nam alium adesse non apparet, et poeta ne putetur Archytae nondum sepulti umbram e sua ipsius persona alloqui, praeter temporum rationem (nam Archytas trecentis fere annis ante Horatium vixit) non solum hoc vetat, quod praesente nauta (vs. 23.) tertia persona plane supervacanea est, sed etiam quod nautam nihil locutum Archytas statim malignitatis suspectum habere non poterat, ut habet vs. 23. sqq. Carmen denique Archytae esse soliloquium, primum se ipsum tanquam alteram personam, tum mutata persona nautam alloquentis, nimis artificiose est inventum, neque ullo alio carmine, nedum Horatiano (nam de Alfii soliloquio Epod. 2. praeter vs. 49. cf. vs. 67.), comprobari potest. Quo accedit quod Archytas nautam vs. 23. non tanquam hominem ante nondum visum, sed tanquam hominem ad audiendas preces tam periculorum nautis in universum timendorum, quam sui ipsius naufragii commemoratione iam pra-

paratum alloquitur, siquidem vs. 21. a vs. 18. seiunctus claudicat. Nihil igitur reliquum, nisi ut nauta, quem Archytas vs. 23. appellat, in carminis initio ipse Archytam alloquatur. Carmen igitur amoebaeum est, ut Carm. III. 9. Epod. 17. et plures Satirarum, et nautae quidem cum Archyta colloquium, non dissimile Tiresiae cum Ulysse apud inferos colloquio Sat. II. 5.

Iam vero si ad Pythagoreorum de animis ex divina mente delibatis et post mortem pro sapientia sua aut in domos aethereas aut in nova corpora migraturis doctrinam satis notam (cf. Brandis l. c. p. 488. 494. 500. cf. Ovid. Trist. III. 3, 61. al.) ad eorumque de ficto sepulcralium munerum et piaculorum pretio qualem Ovidius et alii inde deduxerunt sententiam (Pythag. ap. Ovid. Met. XV. 153. sqq. cf. Hor. Carm. II. 20. Enn. ap. Cic. Tusc. I. 49, 117. Lobeck Agl. p. 896.) carmen interpretari licet (cf. Hor. Epod. 15, 21. Sat. II. 4, 3. 6, 63. Epist. II. 1, 52.), *nauta* Archytam, arenae mensorem nunc arenae particula egentem, coeli tentatorem (vs. 5. cf. III. 4, 71.) nunc in orcum demigraturum, per alios coeli tentatores, Tantalum (cf. II. 18, 36.), Tithonum, Minoem ipsumque Pythagoram docet, *unam omnes noctem manere*, h. e. sententiam Pythagoreorum doctrinae plane contrariam (cf. Brandis l. c. p. 501. al.), et Pythagoram quidem, naturae quippe, quem Archytas iudicaverit (cf. Ovid. Met. XV. 60. sqq.), auctorem et veri praedicatorum, eius ipsius et Archytae et aliis exemplis erroris convictum, satis malignus ad Titanes in Tartarum detrudit (vs. 1—16.); *Archytas* contra, arenae mentor, post mortem a sublimibus suis studiis, ut a nauta lucri studioso (vs. 27. 30. cf. 14.) et maligno (vs. 23. cf. Sat. I. 5, 4.), orci gratia exiguam particulam arenae obtineat, parum sibi constans (cf. Carm. sq. I. 29.), confirmata breviter nautae sententia et indicato exitii sui nautarum nemini non timendi genere (vs. 21. cf. 18.), ad humillimas preces gravesque minas et obstestationes descendit (vs. 17—36; de vs. 17. cf. Carm. I. 7, 1.); et tanquam consulto, ne ulla de carminis dispositione et consilio dubitatio relinquatur, vs. 32. ad nautam munerera postrema ipsi denegantem, nescio an vs. 15. memor: „*Fors et, inquit, debita iura vicesque superbae te maneant ipsum*“ h. e. „ut tu mihi debita iura vicesque superbas obtigisse putas (cf. vs. 1. et 5.), sic fortasse et te ipsum maneant.“

Hinc quo consilio poeta Archytam et nautam, tam dissimile par hominum, ad colloquium conduxerit, satis apparet. Scriptum est carmen, ut Carm. I. II. II. 18. III. 19. al., ad notanda prava hominum studia, et quidem, ut Torrentius, Cruquius, Dillenburger, alii iam monuerunt, ad notandos homines, qui, ut Archytas, sepulcri immemores (II. 18, 18.), coelum ipsum stultitia sua petunt (I. 3, 38.) et *γρῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα* (Schol. Cruq. cf. Herodot. I. 47.) sibi sumunt, ita tamen, ut etiam nauta lucri nimis studiosus et legum divinarum non minus, quam Archytas, negligens, non impune dimittatur (cf. vs. 32—34); nam Horatius auream diligit mediocritatem.

Ceterum de Archytæ corpore palam in littore iacenti nihil in carne dictum reperitur; imo Archytæ maris undis se obrutum dicit vs. 22.; ac sane nauta etiam corpore Archytæ haud inspecto sed loco tantum naufragii cognito cum Archytæ umbra colloquens cogitari potest, et pulverem ter iniiciendum de rituum genere ad quod cenotaphia veterum pertinent, interpretari licet.

SENTENTIAE SINGULARES.

1. Philolaus propius ad Judaicam de deo uno doctrinam accedit, quam ullus Pythagoreorum quorum fragmenta pro suppositiciis habentur.
2. Plato menti humanae numinis divini contemplandi facultatem non minorem tribuit, quam fragmentorum Pythagoricorum auctores.
3. Aliud definitionum genus Aristoteles Archytæ, aliud Pythagoreis quos dicit vindicavit.
4. Alcmaeonem philos. recte Gruppius Philolao aetate inferiorem posuit. Aristotelis de Alem. locus Metaph. I. 5. interpolatus est.
5. Aristotelis verba *Oecon* 4. καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν (τὴν γυναικα) ὡσπερ ἰκέτω καὶ ἀφ' ἑστίας ἡμέτην ὡς ημισία δέω ἀδικεῖν, emendatione non indigent.
6. Aristotelis verba *Eth. Nic.* I. 4. πιθανώτερον δ' ἰοκασάν κτλ. non sunt extrinsecus illata, sed ob vocem proxime antecedentem (ἐφημέρον) οὐ particula excidit adeoque legendum est: οὐ πιθανώτερον.
7. Quale Horatius *Carm. II.* 20. iocose describit iter aerium, tale Pythagorei sapientium animos post discessum ex hac vita facturos serio docuerunt.
8. Aristoxenus in sonorum legibus inveniendis ab Harmonicorum qui vocantur ratione non plane deflexit.
9. Βουρὸς, σκῆνος, ψαλλήριον vocibus fragmentorum Pythagoricorum, in quibus reperiuntur, fides non labefactatur.
10. Pythagoreorum de animi in hac vita peregrinatione sententia non magis Judaica est aut Philonea, quam Empedoclis de animi exilio terrestri et περὶ τοῦ ἀντὶς λιμῶνος doctrina.
11. Apud Sophoclem *Ant.* 4., si ἀντὶς ἀντὶς vocabula emendatione indigent, id quod ex οὔτε particulae usu et vs. 17 (ἀνωμένη) et vs. 2, coll. 570. ed. Boeckh. diiudicandum videtur, ob Aeschyl. *Pers.* 821. στάχυν ἀντὶς κτλ. coll. *Sept. adv. Th.* 601. ἀντὶς ἀροῦσα κτλ. Aeschyl. ap. Hesych. s. v. ἀθήρ, Solon. fr. 1, 35. ed. Bergk. ἀντὶς ἀντὶς κτλ. Empedocl. I. c. *Etym. M.* s. v. ἀνασθαλα legendum est *ΑΘΕΡ* (*ΑΘΗΡ*) pro *ΑΤΕΡ*, h. e.
οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἀλγεῶν οὐδ' ἀντὶς ἀθήρ
οὐδ' ἀσχροῦ οὐδ' ἀτιμῶν ἰσθ', ὁπῶτον οὐ
τῶν σῶν τε κάμων οὐκ ὁπωπ' ἐγὼ κακῶν.
Kein Leiden, keine Hachel unheilvoller Schuld,
Kein Schimpf und keine Schande ist ja, die ich nicht
Empfunden schon in deiner und in meiner Noth.
12. Clebulines quod legitur ap. Orell. *Opusc. Graec. vet. sent. T. II.* p. 220. (Gruppius I. c. p. 145.) aenigma quid significet, e Socratis ap. Xenoph. *Mem.* IV. 2, 15. verbis intelligitur.





50 B $\frac{8}{1,47}$

Pl 1113



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

M RELIQVIIS

ONVM

IVM

TRENDELENBURG

BECKMANN

IDCCCL

IANA APVD W. HERTZ.

